4

CONSILIVM SVPER BARONIA DE QVINTO PRO D. D. GARSIA DE FVNES ET DE VILLALPANDO.

Editum à Doctore Ioanne Gaço.



CÆSARAVGVSTÆ,

Cum licentia. Apud Laurentium Robles, Regni Aragonum, & Vniuersitatis Typographum.

M. D. LXXXXVI.



INDEX OMNIVM, QVÆ in Consilio continentur.

liter, quod aliqua ex praecedentibus substitutionibus defecta, ex defectu conditionis cessabunt omnes sequentes substitutiones vna cum praedicta ratione expressa. num. 83. 84. & 85.

In dubio interpretandum & pronuntiandum, non esse fideicommissum. num. 86.

Indubio est pro possessore pronūtiandum. num. 87.

In dubio pro reo & contra actorē est pronuntiandum. num. 88.

Ius luendi conuentionale, & pactum de retrouēdendo est cessibile. n. 89. & 132

Quantum praestat traditio in rebus corporalibus, titulo praecedēte quoad trāslationem dominij, tantum in iuribus incorporalibus operatur cessio. num. 90.

Vbi incorporalibus non esset opus aliqua traditione quoad dominij translationē, nec in iuribus incorporalibus erit opus cessione. num. 91.

Solo instrumento donationis Regis, & sine solemnitatibus transfertur dominiū rerum & iurium, quae donātur. nu. 92.

Ex verbo trāsferimus, à Rege prolato, sui natura transfertur dominium rerū donatarum & iurium in donatarios n. 93

Ex rubrica habente orationem perfectam rectè sumitur argumentum, nisi respectu eorum, quae in textibus sub illa contentis contra reperiūtur disposita. n. 94

Legatum est donatio quaedam. num. 95.

Vbi est eadem ratio legati & donationis, est idem ius quoad extinctionem respectu vnius, & translationem respectu alterius. num. 96.

Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & e contra valet, num. 97.

Quod vni confertur, alteri dicitur ademptum & ablatum. num. 98.

Disponens testator ius aliquod in re habens, rem legando est visus illam respectu illius iuris, & ius tantum, quod in illa re habet, legare. num. 99.

Idem in contractibus, & magis in donatione quae legato comparatur. numero. 100.

In incorporalibus consideratur quoque vt in aliis rebus dominium. num 101.

In iuribus incorporalibus, vt in rebus corporalibus datur, & consideratur quoque petitorium & possessorium. nu. 102.

Ius quod erat penes Regem donantem tēpore donationis transfertur ex sua donatione in donatarios, & dicitur quoad dictum Regem donantem, & successores extinctum, quo vero ad donatarios, & eorum successores non extinctum dicitur nec est, sed permanens, & in illos translatum, & ad illorum dispositionem & vtilitatem. num 103.

Ex verbo donamus, & dare, transfertur dominium, & inducitur simplex donatio & absoluta, & facta ea mente, vt ad donantem nullo modo reuertatur, quae est propria donatio. num. 103.

Renuntians portioni paternae aditam haereditatem in fauorem vnius certi fratris est visus prius adiuisse haereditatem, & postea portionem suam illi soli fratri praesenti & acceptanti donare. num. 106.

Remittens ius quod sibi competit ad fauorem certarum personarum inducitur ex ea simplex & absoluta donatio, eaque mente, vt nullo modo ad donantem reuertatur, quae indiget insinuatione, vt quaelibet alia vera donatio summam legalem excedens. num. 104. 105. & 106

Actor dominus renūtiando possessorio in fauorem rei conuenti possessoris, & rē penes reum dimittens & nō persistens in simplici renuntiatione, sed ius aut rei vēdicationem cedat, aut appareat dimissio rei facta penes dictum reum causa inferendi translationem dominij, illud transfertur, & tantum dictis casibus operatur dimissio quantum operaretur traditio, latè. num. 107. & 108.

Solutione simplici debiti, licet tollatur, et extinguatur omnis obligatio, tamen si non simpliciter fiat solutio, sed tempore solutionis ante vel post in continēti, & multo magis si in eadem scriptura creditor cedat, aut sit actum de cedendo iura sua, non extinguuntur illa respectu

§ 2 cessio-

ram illorum, quibus gratiose ius prædictum luendi donauit, & concessit, & in illos transtulit, & propter dicta seruitia & benemerita Don Ioannis donatarij; & facta mentione successorum illorum, & adiectis verbis illis amplissimis, prout melius scribi, dici, intelligi, & excogitari posit ad omnem bonum, sanum, & sincerum intellectum dictorum donatariorum & successorum illorum, & concurrentibus, aliis quæ supra late dicta fuerunt. numer. 162. 163. & 164.

Ex pronomine primæ personæ, nobis & nostris, censetur personalitas & restrictio facta ad personas dicti concedentis & eius successorum. num. 163.

Actio & obligatio iure confusionis ex successione videtur sublata, & nō possunt in eisdem personis existere. numero. 165.

Regula confusionis ex successione non potest considerari respectu illius, qui non fuit hæres, nec dominus, nec consequenter hoc casu respectu Don Ioannis de Villalpando donatarij, qui non fuit hæres testatoris, sed Contesina eius vxor. num 766.

Item non procedit dicta regula in iure reali, quale est ius hoc luendi, & cartæ gratiæ, numero 167.

Item procederet quatenus, & dum hæreditas, bona, & castra prædicta extiterint penes dictam Contesinam hæredē, & ea viuente tamen ea mortua sine filiis, ex quo poterant dicta castra, & loca a dicto eius viro Don Ioanne, & successoribus suis auocari ex æquitate, quæ potius attenditur cessit effectus dictæ regulæ confusionis nu. 168. 169. 170.

Item non procedit dicta regula in terminis iuris etiam in actionibus personalibus confecto inuētario, nec in militibus, qui de iure habent beneficium inuentarij, & in Aragonia, vbi heredibus omnibus dictum beneficium est concessum num. 171.

Reuenditio, luitio, & redemptio per partes legitimas fieri debet, & partes legitimæ censentur, & sunt ii, qui reuendidit, non solum si esset dominus, & actualiter res illas posideret, sed etiam si ad illum tunc pertinerent, & is qui luiuit, & redemit in iure luendi quoq. successerit, vt nostro hoc casu factum fuit nu. 172. 173. 174. 175. *iunto nu.* 176.

Ex reuenditione per Don Michaelem, & luitionem, & redēptionem per D. Ioānem dictorum Castrorum, vel locorum facta, si dictus Don Michael actualiter dicta loca & Castra posideret, & illa dicto Don Ioanni tradidisset, dominium, quod erat penes dictum Don Michaelem fuisset absque dubio resolutū, & in dictum Don Ioannem luentē, & redimentem translatum n. 177. & 178.

Pari modo locis praedictis & Castris existētibus iam (prout existebant) penes dictum Don Ioannem luentem, & redimentem tempore dictae reuenditionis, luitionis & redemptionis, sola dimissio penes dictum Dō Ioannem habuit vim traditionis, praecedente dicto titulo reuenditionis, et fuit effectus resolutionis et translationis dominij subsequutus in dictum Don Ioannem. num. 107. *et* 179.

Et similiter possessio dicto casu profuit dicto Don Ioanni penes quem actualiter dicta Castra et loca iam existebant ex dicto titulo iustificata. num. 190.

Praescriptio in pacto de retrouendendo, & iure luendi in Aragonia non procedit maxime nostro casu dicto D. Michaele in dictis locis, & Castris tūc successore legitimo, & dictam reuenditionem dictorum Castrorum & locorum concedente dicto D. Ioanni in iure luēdi successori redimenti, ac luenti, & in possessione dictorum Castrorum iam existenti. num. 181.

Et multoq. magis praescriptio non potest considerari contra dictum D. Ioānem, nec successores D. Contesinae & Don Ioannis de Villalpando coniugum possidentes, & illorū possessione per sententias confirmata, quo casu, licet quoad agendum tempus praescriptionis lapsum videretur, quoad recipiendū tamē posi-

possidenti perpetuum est, nu. 182

Don Michael tempore dictæ suæ reuenditionis nominabatur de Funes, quod probatur confeßione Ludouici Muñoz alias Funes, patrui D. Christophori, in processu apprehensionis anni 1548. *& Procuratorum, et Aduocatorũ illius, & ex verosimilitudine inducta; ex dicta confeßione, temporis longinquitate personarum, & rerum qualitate et luitione, & solutione tantæ quantitatis pretij, & etiam confeßione dicti Don Christophori, & Procuratorũ, & Aduocatorum illius in appellitu suo huiusmodi apprehensionis: ex quibus inducitur presumpta, & plusquam presumpta probatio, quæ saltim est sufficiens ad transferendum onus probandi contrarium in aduersarium, vt de testibus. de auditu dicitur,* 183. *&* 184.

Non vocatus, nec honoratus ad bona, castra, & loca prædicta ex dispositione, sed tantum vt hæres eius patris succedens non astringitur ad dictum onus sumendi nomen, & arma, sed illi tantũ, qui ex dispositione testatoris fuerunt vocati, astringuntur. num. 185.

In dubio verba sunt referẽda ad personas principaliter nominatas, vocatas, non vero ad positas in conditione. numero 186.

Verba, a la dita succesion, ad dictam successionem, sunt repetitiua, relatiua, demonstratiua, & restrictiua ad personas admissas, & vocatas ex dicta dispositione tantum num. 187. *et* 45.

Verba, con los dichos cargos y condiciones, cum dictis oneribus, & conditionibus, non inducunt conditionem suspensiuam; sed modum post facti executionem, & actualem poßeßionem dictorum castrorum, & locorum subsequutam implendum. num. 188.

Verbum, sean, sint, est substantificum essentiam, & substantiam significans. numero 188.

Verbum, & veniant, cum propositione, in, accusatiuo deseruiente ibi, & veniant in dictum Franciscum, & filios suos masculos, multo maiorẽ perfectionẽ inducit, & vt actualiter in dictum Michaelem dicta loca, & castra peruenisset, vt astrictus videretur dictum nomen, & arma assumere, & similiter de verbo, perueniant, quo promiscuè cum dicto verbo, veniant, testator vsus fuit, num. 189.

Verbũ, perueniãt, denotat perfectionem, & magis concurrente propositione, in, accusatiuo deseruiente num. 190. 191.

Perfectum non dicitur, dum aliquid superest agendum. num. 192.

Regula, cessante causa, procedit in institutione, legato, & vltima voluntate, & ex mente testatoris, qui non fuit verissimile velle dictum Dõ Michaelem ad assumendum dictum onus, & nomen astringere nisi loca, & castra actualiter poßideret num. 194. 154. *&* 156.

Prohibitus aliquid facere nõ intelligitur prohibitus si ex causa anteriori, & necessaria illud fecerit, num. 195. *&* 197.

Cum agitur de priuatione bonorũ, & hæreditatis ob non assumẽdum nomen, & arma familiæ est prius requirendus, et admonendus successor per substitutum post illum vocatum, vt dictum onus assumat, & si facta monitione nõ assumpserit, & sic in mora fuerit cõstitutus, alias non est dicta succeßione priuatus num 296.

Sententia inter alios lata, vt res iudicata, non consideratur nec nocet: tamen pro authoritate, & quippe maxima, et tantorum virorum iudicum, & doctorum approbata est maximæ considerationis. num. 198.

Opinio vnius Doctoris non attenditur, numero 199.

Opinio plurimorum iudicum, & Doctorum attenditur, & est præferenda, maxime rationibus, textibus, & Doctorum authoritatibus fulcita, & comprobata, num. 201. 202.

Quae fiunt ad maiorẽ, & superabũdantẽ cautelam non nocent, num. 202.

Potuit

Summarium.

Potuit Don Ioannes Garsia in hoc processu apprehensionis duas luitiones per dō Ioannē eius proauum, & per don Antonium de Villalpando eius patrem factas addacere simul, & cumulare, cum reus & possessor extiterit. num. 203.


Idē si actor esset, quia posset & potuit cō ditionaliter, & vt effecit illas simul deducere, maximè quando principaliter, de possessione agitur. nu. 204.

Præsumitur quis non spurius sed naturalis, ad maius delictum euitandum. numer. 205.

Spurio filio vbi dari non posset, tamen nepoti ex filio spurio auus donare poterit, deficiente legitima sobole, ex receptiori doctorum sententia. nu. 207.

Habenti partem in carta gratiæ, pacto de retrouendendo, & iure luendi soluendo totum praetium, competit ius retrahendi & compellendi possessorem seu successorem bonorum eidem reuendere, ex veriori, & receptiori doctorum sententia, maxime non contradicente, & multo magis altero habente aliam partem consentiente. nu. 208.

FINIS.



Fratres.

Serenissimus Rex Alfonsus venditor Baroniæ de Quinto, & locorũ illius, cum reseruatione iuris luendi, Don Ioanni de Funes eius Vicecancellario.

Serenissimus Rex Ioannes successor Regis Alfonsi eius fratris, ac donator dicti iuris luendi don Ioanni Villalpando, & D. Contesiuæ de Funes coniugibus.

Don Ioannes de Funes iurisperitus & Vicecancellarius Regis Alfonsi & emptor dictæ Baroniæ cum onere iuris luendi per dictum Regem in venditione reseruati.

Coniuges.

Don Franciscus Sanchez Muñoz.

Domna Elisabeth de Funes.

Domna Violans de Funes.

Domna Catherina de Funes.

Don Rodericus de Funes testator ac vinculãs.

Coniuges.

Domna Contesina de Funes.

Don Ioannes de Villalpando.

Ramirus Sanchez Muñoz obiit sine filiis.

Franciscus Sanchez Muñoz obiit relicto filio masculo Michaele.

Ioannes Sanchez Muñoz obiit sine filiis.

Ludouicus Sãchez Muñoz habuit filium & filiam.

Michael Sanchez Muñoz, alias Funes superuixit Remiro & Franco patruo & patri concedens primam reuenditionem dõ Ioanni Villalpãdo.

Remirus alias Rodericus Sanchez Muñoz.

Coniuges.

Beatriz Sanchez Muñoz.

Don Francisco de Villalpando.

Anna Sanchez Muñoz obiit relictis filiis.

Dõ Ludouicus primogenitus obiit relictis filiis.

Don Ioannes obiit sine filiis.

Don Nofrus obiit sine filiis.

Don Rodericus obiit sine filiis.

Dõ Fernãdus obiit sine filiis.

Dõ Franciscus obiit sine filiis.

Don Michael obiit relicto filio don Christophoro.

Dõ Ioannis Villalpando qui fecit p[...] mam luitio[...]

Don Roderico Sanchez de Funes, olim Muñoz concedente secundam reuẽditionem don Antonio de Villalpando.

Don Ioanne Muñoz.

Don Aluaro Muñoz.


Don Christophorus Sanchez de Funes antea Muñoz modo litigans.

Don Garcia [...] Funes & Vi[...]llalpando.

D. Michael de Funes & de Villapãdo obiit sine filiis primogenitus.

Don Anton[...] Villalpando [...] Funes secũd[...]itus, qui fec[...] cundam luiti[...]

Don Ioannes [...] sia de Funes & [...] llalpãdo don[...] & possessor [...] niæ de Quin[...]



CONSILIVM SVPER BARONIA DE QVINTO, PRO D.D. GARSIA DE FVNES ET DE VILLALPANDO.

Editum à Doctore Ioanne Gaço.

SPECIES FACTI.



1 Erenissimus Rex Alfonsus, dominus & possessor locorũ de Quinto, Xelsa, Matamala,& Alforque,& terminorum illorum vendidit dicta loca & Castra cum suis terminis confrontatis Ioanni de Funes suo Vicecancellario,cũ reseruatione cartæ gratiæ, & iuris luendi, seu quitãdi dicta loca,& castra PRETIO decẽ & septem mille florenorum auri de Aragonia,recti ponderis instrumento publico venditionis,& cartæ gratiæ iuris luendi mediante, quos confessus fuit in dicto instrumento se recepisse Illerdæ confecto.21.Martij.1431. Cuius venditionis virtute cum onere dicti iuris luendi dictus Don Ioannes de Funes fuit effectus dominus, & possessor dictorum locorum, & Castrorum,illaq. possedit vsque ad tempus eius mortis, habensq. filiũ vocatum don Remirum de Funes Camerarium eiusdem Regis Alfonsi,& filias plures,videlicet Domnã Contesinam de Funes,(quæ nupsit don Ioanni de Villalpando domino loci de Estopañan) Domnam Catherinam de Funes, Domnam Violantem de Funes, & Domnam Elisabethem de Funes,(quæ nupsit don Francisco Sanchez Muñoz) & alias,vt in eius testamẽto infra citato disposuit.

POSTEA idẽ† Rex Alfonsus duobus priuilegiis mediantibus,(altero in mẽse Ianuarij 1439. altero autem in mense Augusti. 1439. confectis) cum attendentia, quod Don Rodericus de Funes filius Ioannis de Funes, & eius Maiordomus ierat cum ipso Rege in Italiam,& ibi captus fuerat, ac propriis suis sumptibus,& expensis redemptus fuisset, & aliorum seruitiorum,sibi per eum factorum gra- 2

tiam eidem Remiro de quinque mille & centum florenis auri de Aragonia fecit,& cum patrimoniũ Regium esset admodũ diminutũ, & non haberet,vnde illos dicto Remiro soluere posset, dedit illos, & addidit super pretio dictę cartę gratiæ,& iuris luendi,quam & quod in venditione facta de dictis Castris, & locis dicto don Ioanni de Funes sibi reseruauerat.Itaq.' pretium dictæ cartę gratię,quod erat antea decem & septem mille florenorũ auri,quo pretio poterant dicta Castra & loca lui,& quitari,augeretur, & esset viginti duorum millium,& cẽtum florenorum auri.

DEINDE dictus don Ioãnes de Funes emptor præfatus suo vltimo testamento † instrumento publico mediante.30. Ianuarij. 1451. Cæsaraugustę confecto,legitima relicta dõnæ Eleonori de Funes vxori don Lupi de Gurrea,domnæ Mariæ de Funes vxori don Petri de Alagon domini de Almuniente, domnæ Elisabethi de Funes vxori don Francisci Sanchez Muñoz domini tenẽtiæ de Villamur,domnæ Costantiæ de Funes vxori don Antonij de Palafox domini de Ariza, domnæ Contesinæ de Funes vxori don Ioannis Villalpando domini loci de Estopañan, domnæ Catherinæ de Funes,domnæ Violanti de Funes domicellis,& don Roderico de Funes eius filio,& filiabus,& dictis domnæ Catherinæ, & domnæ Violanti aliis nonnullis legatis relictis pro suis alimentis, & præfato don Remiro eius filio domos suæ propriæ habitationis Cęsaraugustę sitas,& loca, & Castra de Quinto, Xelsa,Vililla,Matamala, & Alforque,& alia bona sua mobilia,& immobilia reliquit, eundemq; hæredem vniuersalem instituit sub vinculis,& conditionibus sequentibus his verbis,videlicet.

3

SI contingat eundem Remirũ decedere sine filiis legitimis,& naturalibus,& de legitimo matrimonio procreatis, quod eo casu dicta loca,& Castra,domus,& bona mea veniant,& venire debeant ad filiũ masculum legitimum, & de legitimo matrimonio procreatum Contesinæ de Funes filię meæ,cum hoc tamen uinculo,& cõditione, quod dictus filius Contesinæ teneatur,& sit obligatus recipere, & leuare cognomen,& arma de Funes sine aliqua mixtura alterius cognominis, & aliorum armorum,& absque dictione,alias,sed simpliciter habeat, & cognominetur de Funes, & deferre, & facere arma de Funes sine mixtura aliqua.Et alia omnia bona mobilia,& immobilia relinquo eidem Remiro, & eum hæredem instituo liberè,&c.Quo testamẽto facto,dictoq. testatore mortuo, successit dictus Remirus, & possedit dictas domos, loca, Castra, & bona prædicta, vsque ad tempus eius mortis cum onere dictæ cartæ gratiæ,& iuris prædicti luendi.

POS-

4 POSTEA præfatus Remirus de Funes nullos habens filios,& sic cessante vinculo,& substitutione in dicto testamento dicti eius patris appositis, habensq. liberè dictas domos Cæsaraugustæ sitas, loca,& Castra prædicta de Quinto, Xelsa, Vililla, Matamala, & Alforque, illas & illa confrontando,& eas,& alia bona immobilia pro confrontatis, & specificatis habendo, suo vltimo testamento. 7. Decembr. 1457. confecto reliquit hæredem suũ vniuersalem Contesiná de Funes eius sororem vxorem don Ioannis Villalpando domini loci de Estopaña no cum vinculo, ac conditione his verbis.

5 QVE la dita Contesina de Funes no pueda disponer ni ordenar delos ditos Castillos, lugares, casas, viñas, cãpos, heredades, y dreytos, por mi a ella lexados ni alguno dellos: ni pueda aquellos ni alguno dellos dar, vender empeñar, en todo ni en parte. Antes falleciendo la dicha doña Contesina los dichos Castillos, lugares, casas, viñas, cãpos, heredades, y todos los bienes y dreytos por mi a ella, por vniuersal herentia lexados sean,& vengã,& ayan a ser, & venir enel fillo suyo mayor masclo, legitimo,& de legitimo matrimonio procreado. Con tal vinclo & condicion, que el dito fillo de la dita doña Cõtesina, sia tenido lleuar, prender, & assumir el sobrenõbre, & armas mias, & de mi linage de Funes, sin nominacion,& mixtura de otro cognombre,& armas,& sines alias de cõdicion, mas que simplement se aya a nombrar de Funes, & lleuar,& fazer las armas de Funes sin mixtura alguna.

ET si el dito fillo mayor de la dita doña Cõtesina enel tiempo de su muerte tendra fillos masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, que los ditos Castillos,& lugares, casas, campos, viñas, & todos los otros bienes, & dreytos mios por mi a la dita Contesina por herencia vniuersal lexados sean, & peruengan de, & enel fillo mayor masclo legitimo, & de legitimo matrimonio procreado, & en los descendientes de aquel masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados vno apres de otro, sucediendo por orden de mayor en mayor,& cõ los cargos, vinclos,& condiciones sobreditas. 6

ET si el fillo mayor de la dita doña Cõtesina morira sin fillos, & descendientes masclos del legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, o morir de edad, q̃ los ditos Castillos, lugares, bienes, & dreytos sian,& peruengan de,& en el segundo fillo de la dita doña Cõtesina legitimos,& de legitimo matrimonio procreados, & en los fillos & descendientes de aquel masclos legitimos,& de legitimo matrimonio procreados por ordẽ de mayor en menor, miẽtres fillos, o descendiẽtes masclos legitimos, & de legitimo procreados de la dita doña Contesina se trobaran. 7

6 E T si contescera † la dita doña Contesina morir sin fillos, & los fillos & descendientes della morir menores de edad, & sin fillos masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados (como dito es) & enel dito tiépo la dita Catalina de Funes hermana mia sera en matrimonio colocada, o de matrimonio legitimo aura auido fillos masclos: QVIERO ordeno, y mãdo enel dito caso, que el fillo mayor de la dita Catalina masclo, & de legitimo matrimonio procreado, aya & herede los ditos Castillos, & lugares, casas, viñas, heredades, bienes & dreytos por mi a la dita doña Cótesina de Funes mi hermana, por vniuersal herencia lexados, có los cargos, vinclos, & condiciones sobreditas: & apres dias de aquel los fillos & descendiétes del masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, vno apres de otro, sucediendo por orden de mayor en menor, & con los ditos vinclos, cargos, & condiciones.

E T si el fillo mayor de la dita Contesina morira sin fillos & descendientes de aquel masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados: que los ditos Castillos & lugares, viñas, heredades, bienes & dreytos, végan, & sian de, & enel segundo fillo de la dita doña Catalina, & en los fillos & descendiétes de aquel masclos legitimos & de legitimo matrimonio procreados, por orden de mayor en menor: & assi de vno en otro, miétres fillos, o descédientes masclos de la dita Catalina se trobaran, & con los ditos cargos, vinclos y condiciones.

E T si cótescera † la dita Catalina morir sin fillos masclos, & los fillos & descendientes de aquella morir menores de edad, & sin fillos legitimos & de legitimo matrimonio procreados, & enel dito tiempo la dita Violant de Funes hermana mia sera en matrimonio colocada, o de matrimonio legitimo aura auido fillos masclos: quiero, ordeno & mando enel dito caso, que el fillo de la dita doña Violant masclo, & de legitimo matrimonio procreado, aya & herede los ditos Castillos, lugares, casas, viñas, bienes, & dreytos por mi a la dita doña Contesina por heredera vniuersal lexados con los vinclos, cargos, & condiciones susoditos, & apres dias de aquel los fillos & descendientes del masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados vno a pres de otro, sucediendo por orden de mayor en menor, & có los ditos vinclos, cargos, & condiciones. Et si el fillo mayor de la dita Violant de Funes morira sin fillos, & descendientes de aquel masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados: que los ditos Castillos, lugares, casas, viñas, bienes & dreytos vengan, & sian de, & en el segundo fillo de la dita Violant de Funes, & en los fillos & descendientes de aquel masclos legitimos, & de legitimo 7

timo matrimonio procreados: & assi por ordé de mayor en menor, miétras fillos, & descendiétes masclos de la dita Violát se trobará, có los ditos vinclos & condiciones.

8 E T si cótescera la† dita Violant de Funes mi hermana morir sin fillos masclos, o los fillos, & descendientes de aquel morir menores de edad, & sin fillos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, en el dito caso, quiero, ordeno y mando: que los ditos Castillos, & lugares, casas, viñas, bienes, & dreytos sian, & peruengan de, & en Ramiro Sanchez Muñoz fillo de Don Francisco Sanchez Muñoz, & de Doña Isabel de Funes muller del hermana mia, & con los ditos vinclos, cargos, & condiciones, & con el dito cargo, que sea tenido prender, assumir, & lleuar el cognombre de Funes, & fazer las armas de Funes sin mixtura alguna juxta tenor del testamento del dito señor mi padre, & del present mi testamento. Et si el dito Ramiro Sanchez Muñoz al dito tiempo sera muerto, o no querra lleuar el dito sobrenombre, & fazer las armas de Funes, o morira sin fillos, & descendientes legitimos del (como dito es) en los quales ditos fillos, & descendientes del dito Ramiro se aya a seruar & tener en la sucessión de los ditos Castillos, lugares, casas, viñas, bienes, & dreytos la forma, & ordé por mi de suso ordenados, & mandados seruar en los fillos, & descendientes de la dita Doña Cótesina, Catalina y Violant hermanas mias.

E T si contescera el dito Remiro Sanchez, & los fillos, & descendiétes del masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados morir sin fillos, & descédientes dellos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, & menores de edad: que los Castillos, lugares, bienes, & dreytos sian, & vengan de, & en Francisco Sáchez Muñoz hermano del dito Remiro, con los cargos, vinclos, & condiciones sobreditas, si viuo sera, & si viuo non sera, & fillos masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados tendra, enel fillo primero de aquel, & enlos descédiétes del masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados de mayor en menor, vno apres de otro, sucediédo por orden, & có los vinclos, cargos, & condiciones sobreditas. 9

E T si contecera el dito Francisco Sanchez Muñoz, & los fillos & descédientes de aquel masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados morir sin fillos, & descendiétes dellos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, & menores de edad: que enel dito caso ditos lugares, Castillos, casas, viñas, & bienes sian, & peruégan de, & en Iuan Sanchez Muñoz hermano del dito Ramiro, & Fráncisco, si viuo sera, & si viuo no sera, en fillos legitimos, & de legitimo matrimonio, & masclos, enel fillo masclo, & mayor, que tédra, & en los descen- 10

diétes de aq̃l legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, vno apres de otro, sucediédo por orden de mayor en menor, miẽtras fillos & descendientes del dito Iuá Sanchez legitimos, & de legitimo matrimonio procreados se trobará, & có los ditos vinclos & códiciones.

11 ET si cótecera los ditos Remiro, Frácisco, y Iuá Sáchez Muñoz † morir sin fillos, & descédientes dellos masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, o morir menores de edad, & sin fillos legitimos, enel dito caso quiero, ordeno & mádo, q̃ los ditos lugares, bienes & dreytos siá, & peruengá de, & en Luis Sáchez Muñoz fillo mayor de los ditos dó Frácisco Sanchez Muñoz, e doña Isabel d̃ Funes có los ditos cargos, vinclos, & códiciones.

12 ET si el dito Luis † Sáchez al dito tiépo viuo no sera, o la dita herécia aceptar no querra, & tédra fillos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados: quiero, ordeno, & mádo, que enel dito caso los ditos lugares, bienes, & dreytos siá, & peruengá al fillo mayor del dito Luis Sáchez, & a los fillos, & descendiétes del legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, vno apres de otro, sucediendo de mayor en menor: & assi de mayor en menor, miétres fillos, o descendientes se trobaran del dito Luis Sanchez legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, & con los cargos, & conditiones sobreditas.

13 ET si todos los suso nóbrados, † & los fillos, & descédientes de aq̃llos masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados fallecerá sin fillos, & descendientes de aq̃llos masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, o la dita herencia aceptar no querrá, có los cargos, vinclos, & condiciones sobreditas: enel dito caso, quiero, ordeno, & mádo, que los ditos lugares, bienes, & dreytos, aya & herede el pariente mio mas cercano, q̃ enel dito tiépo se trobara: con cargo empero, que sea tenido fazer, & leuar las armas & sobrenóbre de Funes, sin mixtura alguna, como de suso dito es, segú la vltima volútat, & ordinació del dito señor mi padre.

14 ET quiero, ordeno, & mádo, † q̃ en la persona de qualquier, q̃ a la dita successió peruendra, la ordinacion del dito señor mi padre, & mia de nóbrarse del linage de Funes, & leuar, & fazer las armas, & señales de Funes, se aya de obseruar: & el que a la dita successió peruédra, & el nóbre, sobrenóbre, & armas, o señales de Funes no pódra, o mixtura alguna en aq̃llas fara: quiero, ordeno, & mádo, que los ditos bienes, & heredad, & de la señoria de aq̃llos sea priuado, & de alli aldelant, assi como si muerto fuesse adaquel delos altros, qui en la heredad, & bienes mios sobreditos suceder deué, passen, & peruégá los ditos mis bienes & heredad, segú la forma, & orden susoditos, &c. vt in dicto testamẽto.

15 QVO testamẽto facto, † testatore mortuo, successit dicta D. Contesina, &

na, &

na,& possedit dicta bona, loca, & Castra, cũ dicto eius marito D. Ioã ne Villalpãdo, vsq. ad tempus eius mortis, & illis posidentibus Serenissimus Rex Ioãnes, qui per mortẽ dicti Regis Alfonsi eius fratris in règnis successerat, suo regio priuilegio Cæsaraugustæ. 6. Augusti 1458. cũ attendẽtia vẽditionis prædictæ, quã Rex Alfonsus fecerat Ioãni de Villalpando de dictis locis, & Castris de Quinto, Xelsa, Vililla, Matamala, & Alforque, illaq. cũ eorum terminis cõfrontando vendiderat, pretio decem & septẽ mille florenorum auri cũ retentione tamẽ, & pacto iuris luẽdi, pro cõsimili quantitate (prout in cõtractu venditionis inde acto latius, & seriosus enarratur) Ac etiã propter nõnulla seruitia dicto domino Regi præstita per Remirũ de Funes filiũ dicti Ioãnis de Funes, & ex aliis legitimis causis, pretio prædicto fuerũt insuper additi quinque mille & cẽtum floreni de Aragonia, sic quod verũ pretiũ dictorũ Castrorũ, & locorũ est viginti duorũ mille & centũ florenorũ, pro quo possunt lui, & à nobis & successoribus nostris recuperari. Sumusq. insuper certi, quod dicta Castra, & loca cũ iustis, & legitimis titulis deuenerunt de dicto emptore in dictũ Remirum, & de eodẽ Remiro in vos dilectã Cõtesinã de Funes filiam dicti Ioannis emptoris, vxoremq. vestri dilecti Consiliarij Maiordomi nostri Ioannis de Villalpando, qui dicta Castra, & loca posidetis.

Nos vero respectu habentes ad grata & accepta seruitia, quæ vos dilectus maiordomus noster nobis præstitistis, & quotidie præstare nõ desinitis, circa nostrũ seruitium die ac nocte indefese dessudando, de certa scientia, & consultè, liberamus, absoluimus, & quitamus vos, & vestrum quemlibet, vestrumq; , & cuiuslibet vestrum successores, & prædicta Castra, loca & alia prædicta dicto don Ioanni de Funes vendita à prædicto onere iuris ea luendi in prædictis, & circa ea pertinenti, aut pertinere debenti, & dictum ius luendi nobis competẽs, aut competere potens in prædictis, aut circa ea, hac præsenti carta perpetuo valitura transferimus in vos dictos coniuges, & vestrum quemlibet, eaq; gratiose donamus, volẽtes, & sancientes, quod vos, & vestri successores in prædictis Castris, & locis habeatis, teneatis, & posideatis Castra, & loca, & alia prædicta, liberè, potenter, irreuocabiliter, & pleno iure, & absque aliquo nexu, & obligatione dicti iuris luendi nobis competentis, & competituri, imponentes nobis, & successoribus nostris silentium sempiternum in, & super dicto iure luendi. Mandantes vniuersis officialibus nostris, & aliis subditis nostris sub pena centum millium florenorum, quatenus in prædictis ratione iuris luendi vobis dictis coniugibus, aut alicui vestrum, ne quæstionem moueant: imo vos libere, & irreuocabiliter, & pleno iure dicta Castra & loca, & alia prædicta posidere vos dictos coniuges sinant.

HANC itaque remissionẽ, donationem, & relaxationẽ facimus, & cõcedimus vobis dictis Ioãni de Villalpando, & Contesinæ coniugibus (& vt superius continetur) *Prout melius dici, scribi, intelligi, & excogitari posit ad omnem vestri, & vestrorũ bonũ, sanum & sincerũ intellectũ,* promittentes & iurantes, &c. prædictam remissionem, donationem & relaxationem, & alia omnia, & singula

singula supradicta (prout superius continentur) tenere, & cum effectu obseruare, & obseruari facere, & ea propter ingratitudinem, aut alias nullatenus reuocare, aut contrafacere, vel venire, aut permittere de iure, vel de facto, aut alias ratione aliqua siue causa. Hæc igitur omnia, & singula superius dicta dicimus, facimus, concedimus, pasciscimur, & promittimus vobis dictis Ioanni Villalpando ad hęc pręsenti, dictæ Contesinæ vxori vestri absenti, velut præsenti, Secretario nostro, & subscripto, vt publica persona à nobis pro vobis dictis coniugibus, & vestrum vtroque, & pro omnibus aliis, quorũ interest, aut interesse poterit quomodolibet in futurum pasciscẽti, recipienti, & legitime stipulanti.

ET Postea per eũdem Regem Ioannem, quadam sua epistola ad suum regium fiscum missa, fuit dicta donatio, & gratia & merces cõfirmata (prout latius continetur in dicta nostra carta, & priuilegio il-
16 lud † calendádo, ad quod nos referimus. Quæ epistola scripta, & data fuit Cæsaraugustæ. 11. Septembris. 1458.

DEINDE præfati don Ioanes de Villalpádo, † & domna Cõ-
17 tesina de Funes coniuges domini dictæ Baroniæ de Quinto, Estopañan, & aliorum bonorum, quæ voluerunt haberi pro confrontatis, habentes, videlicet, dictus don Ioannes de Villalpando filium suum naturalem vocatum don Franciscum de Villalpando, & præfata domna Contesina de Funes neptem suam filiam don Ludouici Sanchez nepotis sui ex sorore sua Dóna Elisabeth de Funes, instrumento publico donationis mediante. 31. madij. 1474 confecto dederunt post mortẽ eorũ sine filiis, & non antea, nec alias scilicet masculo per dictum Don Ioannem de Vilialpando, & fœminæ per dictam Domnam Contesinam instrumentaliter inter viuos, aut in vltima voluntate nominatis, aut nomínádis, qui matrimonium contraherent, & consumare tenerẽtur cum vinculo, quod filius primogenitus illorũ masculus, & sui descendentes masculi de maiori in maiorem, & deinde alij, vt ibi succederent, & cũ reprobationibus, conditionibus, & vinculis, & facultate variandi dictas nominationes, & eas reuocandi prædictorum donantiũ arbitrio (prout latius in dicto instrumento donationis desuper calẽdato continetur.) Quę extitit postea 3. Iunij. 1474. in Curia domini Iustitiæ Aragonum insinuata.

POSTEA præfatus don Ioãnes de Villalpando instrumẽto publico sui vltimi testamenti confecto. 13. Ianuarij. 1477. & præfata Domna Contesina de Funes instrumento etiam publico sui vltimi testamẽti inter alia in dictis suis testamentis respectiue disposita, cùm attendentia dictę donationis, & vtendo facultate ipsis reseruata, & com-

& competente nominarunt, videlicet dictus Don Ioannes donatarium suum masculum Don Franciscum de Villalpando eius filium, & dicta domna Contesina suam donatariam, domnam Beatricem Muñoz eius nepotem, filiam Ludouici Muñoz eius nepotis, ex sorore sua domna Elisabet de Funes, ad fines, & effectus, & cum reseruationibus, cõditionibus, ac vinculis in dicta donatione contentis, & inter alia vt matrimonium contraherent & consumarent, prout postea illud contraxerunt, & consumarunt.

18 DEINDE præfata † dõna Cõtesina de Funes mortua fuit absq. vllis filiis, & descendentibus masculis, & similiter dictus Don Ioannis Villalpãdo mortuus fuit superuiuentibus eisdem donãtibus præfatis domna Beatricæ Muñoz & Funes, & Don Francisco de Villalpando cõiugibus donatariis prædictis. Cuius donationis virtute præfata domna Beatrix de Funes succedere debebat in dicta Baronia, locis, castris, ac bonis, & illa posside nte dicta Catherina de Funes, licet errore fuerit dictum, & prætensum dictam Catherinam de Funes, mortua Contesinam sine filiis masculis fuisse dominam dictæ Baroniæ, locorum, & castrorum illius, & illam debere posidere, vt posedit quamuis de facto, & indebite absque aliquo iure à tempore mortis dictæ Contesinæ vsque ad tempus eius mortis. Dixi errore & indebite, quia verè illa vocata minimè erat, sed eius filij masculi, si illos habuisset, vt ex litera clara, & aperta dicti testamenti dicti Remiri supra relati signanter numero 6. euidenter apparet, sed quoad nostrum propositum, & casum attinet nihil refert, cum dicta domna Beatrix Sanchez Muñoz, quæ fuit successor, & donataria dictæ Domnæ Contesinæ de Funes mortua fuisset relicto eius filio, & hærede Don Ioanne de Funes & Villalpando pupillo quem dicta domna Catherina quoque hæredem suo vltimo testamento vniuersalem reliquerit, & sic possedit dictus Don Ioannes Villalpãdo vsque ad tempus eius mortis.

QVO Don Ioanne dictam Baroniam posidente mortuis dicta Domna Contesina, Domna Violante, & Domna Catherina de Funes sine filiis, & descendentibus masculis, virtute dictorum vinculorum fuit ad instantiam, & pro parte Don Ludouici, Roderici, & & Francisci Sanchez Muñoz fratrum, & filiorum domnæ Elisabetis de Funes, & Don Francisci Muñoz coniugum oblatus appellitus apprehensionis super dicta Baronia locis, & castris illius sub die duodecima Ianuarij, & prouisus decimo sexto Martij, & executata apprehensio in dicto 19

mense Martij millesimo quadrage simo nonagesimo septimo: & com missa,& factis citationibus foralibus,oblatisquè propositionibus,& replicationum cedulis in Curia Iustitiæ Aragonum,tam pro parte dictorum appellitantium, quam pro parte dicti Don Ioannis Villalpando,seu tutorum illius, in propositione dictorum appellitantium cõcludendo, dicta bona sibi restitui donec essent de certa quãtitate soluti,& iuribus suis durantibus. Et in decimooctauo articulo replicæ ponuntur hæc verba confessando, que competia a Don Francisco Villalpãdo,y a Doña Beatriz Muñoz coniuges,la dicha carta de gracia, & ius luendi,y para quitar la dicha Baronia de poder del dicho Remiro,Luis,y Francisco Sanchez Muñoz hermanos:Y esto en virtud de la dicha Real gracia, y concessión del dicho ius luendi, y carta de gracia,fecha y concedida a Don Iuan de Villalpando, y Doña Contesina de Funes su muger: el qual ius luendi, y carta de gracia para poder quitar la dicha Baronia por los dichos Don Iuan de Villalpando, padre del dicho Don Francisco de Villalpando:y por la dicha su muger fue dexado a los dichos Don Francisco de Villalpando, y Beatriz Muñoz coniuges.

ET in vigesimoquinto articulo iterum fuit dictum,& repetitum latius confitendo,videlicet,que la dicha Baronia fue vendida por el Rey Don Alonso a Iuan de Funes su Vicecanceller, reseruando y retiniendose carta de gracia, y drecho de luir a si,y sus successores: El qual ius luendi assi reseruado, la Real dignidad despues por el Rey Don Iuan successor del Rey Don Alonso, fue dado, y concedido a Don Iuan de Villalpando y a Doña Contesina de Funes su muger, y ellos hizieron donacion insinuada a dicho Francisco Villalpando, y doña Beatriz Muñoz su muger. Existentibus aduocatis dictorum appellitãtium Martino de la Raga, & Galcerando ferrer,in quo processu licet fuit recepta propositio dictorum appellitantium propositione dicti don Ioannis reiecta fuit tamen à dicta sententia appellatum ad Regiam Audientiam. Vbi in dicto gradu appellationis reformata dicta sententia fuit recepta propositio dicti Don Ioannis de Villalpando, seu tutorum illius, alia propositione dictorum appellitantium penitus repulsá, & reiecta, & sic præfatus Don Ioannes Villalpando possedit dictam Baroniam vsq. ad tempus eius mortis.

ADVERTENDVM† etiam est amplius, quod possidente 20

te dicto Don Ioanne, (vt dictum est) dictam Baroniam, mortuis dictis don Remiro, & Don Ioanne Sanchez Muñoz fratribus filiis dictorum domne Elisabetis de Funes, & Don Francisci Sanchez Muñoz coniugum sine filiis masculis, & mortuo etiam dicto Don Francisco Sanchez Muñoz filio dictorum coniugum vocato post dictum Remirum, relicto filio masculo vocato Michaele Sanchez Muñoz, postea Funes 7. Octobris 1518. instrumento publico mediante præfatus Michael per viam luitionis, & quitamenti reuendidit dicto Don Ioáni Villalpando dictam Baroniam, & ius omne, quod in illa habebat, & habere posset pretio 22100. Florennorum auri, quod pretium confessus fuit pœnes se habuisse, & recepisse à dicto Don Ioanne de Funes & Villalpando, cum obligatione euictionis latè (vt in dicto reuēditionis instrumento, & luitionis supra calendato continetur.) Et postea mortuo dicto Don Ioanne de Funes & Villalpando in mense Nouembri 1521. succesit eidem, & in dicta Baronia Don Garsia de Funes & Villalpando eius filius, & possedit eandem Baroniam, & loca, & Castra prædicta vsq. ad tempus eius mortis.

21 POSSIDENTE autem † dicto Don Garsia de Funes & Villalpando dictam Baroniam, ac domos prædictas Cæsárauguſtæ sitas, mortuis quæ dicto Don Michaele de Funes & Muñoz filio dicti Don Francisci sine filiis masculis, qui prædictam concesserat reuenditionem. Et etiam mortuo Ludouico Sanchez Muñoz filio dictorum domne Elisabetis de Funez, & Don Francisci Sanchez Muñoz coniugum relicto filio Remiro, (alias Roderico Sanchez Muñoz) ac etiam postea mortuo dicto Remiro, (alias Roderico Sanchez Muñoz) relicto filio Don Ludouico Sanchez Muñoz primo genito, fuit ad illius dicti Don Ludouici instantiam oblatus appellitus apprehensionis super dicta Baronia, & domibus prædictis Cęsarauguſtæ sitis, vigesimo octauo Octobris 1545. in Curia Iustitiæ Aragonum confitendo expressè in decimoquarto articulo dicti appellitus, quod per mortem dicti Ramiri dicta Loca, Castra, & bona peruinieron en el dicho Don Miguel Muñoz, entonces llamado Don Miguel de Funes. Prouisus dictus appellitus, executata, & commissa dicta apprehensio diuersis diebus Decembris millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, & reportata decimo nono Ianuarij millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, & decimo octauo Februarij dicti anni dictus Don Garsia fuit repositus in iure, loco instantia, & actione, in quibus erat Don Ioanne eiuspater tēpore mortis illius, & 29. Martij dicti anni millesimo quinquagesimo quadragesimo septimo,

fuit declaratus Comissarius Curiæ dictorum Locorum, & Castrorum dictæ Baroniç, & dictarum domorum Cæsaraugustæ situatarum: & oblatis in dicto processu propositionibus. Altera parte dicti Don Ludouici virtute vinculorum prædictorum dicti testamenti Remiri, per mortem Remiri (alias Roderici Muñoz & Funez) eius patris, & per mortem dicti Don Michaelis Muñoz & Funes filij Don Francisci Muñoz. Altera autem pro parte dicti Don Garsiç Villalpádo & Funes ex causis, titulis, & possessione prędictis, & cedulis replicationũ, in quibus multa ab vtraq. parte allegantur.

22 IN cedula námq. † replicæ dicti Don Ludouici inter alia allegantur inclusiones dictæ suæ propositionis, & impugnatur reuenditio prædicta facta per dictum Don Michaelem Muñoz & Funes per viá luitionis, & quitamenti dicto Don Ioanni Villalpádo & Funes ex vinculis, & substitutionibus testamenti dicti Remiri, & quia dictus Don Michael erat incapax successionis dictorum bonorum, quia non acceperat nomen, & arma de los Funes sine mixtura, existentibus Aduocatis Alfonso Muñoz de Pamplona, Ferdinando Lopez, Michaele Martinez, & Carolo Sanctæ Crucis dicti appellitus, & etiam propositionis, in qua fuit additus Hieronymus de Sancta Fe. In cedula autem replicæ dicti Don Garsiæ allegantur similiter inclusiones dictæ suæ propositionis, & impugnantur allegata ex aduerso, & allegatur, & defenditur dicta redemptio & luitio facta per dictum Don Ioannem Villalpando eius patrem, & reuenditio facta per dictum Don Michaelem per viam dictæ luitionis in fauorem dicti Don Ioannis Villalpá do patris dicti don Garsiæ: & quod dictus Don Ioannes, & Vniuersitates Locorum de Quinto, & Xelsa formarunt cẽsuale in mense Octobris 1518. in fauorem dicti Don Michaelis iuxta sententiam arbitralẽ in instrumento dictæ reuẽditionis, & luitionis mentionatam: & etiam nonnullæ apochæ solutionum pensionum dicti cẽsualis concessæ per hæredem dicti Don Michaelis, existẽtibus Aduocatis Ioanne de Nueros, Victoriano Taffalla, Iacobo Augustino del Castillo, & Ioanne Francisco de Gurrea.

ET tandem cócluso † dicto processu circa sententiam in eo proferendam Iudices dictæ Curiæ Iustitiæ Aragonum diuisi, ac varij fuerunt. Relator náq. Ludouicus Falcon, 6. Octobris 1548. fuit prius voti, quod debebat pronuntiari & fieri contenta in propositione Ludouici Muñoz, quo ad domos Cæsaraugustæ situatas, & contẽta in propositione Dó Garsiç de Funes quo ad dictam Baroniá: deinde 11. Octobris idem relata fuit voti, quod debebat pronuntiari, & fieri contenta in propositione dicti Don Ludouici 23

ci

ci, quoad dictas domos Cesaraugustæ sitas simpliciter, & etiá quoad dictam Baroniam iuribus tamẽ suis durantibus, & eis finitis quoad dictam Baroniam contenta in propositione dicti Don Garsiæ. Alij domini locũtenentes Michael Martinez, & Petrus Clauero fuerunt voti, & opinionis vltimi dicti relatoris, Ioannes autem Ybádus de Bardaxi, alius locũtenens fuit voti primi dicti relatoris præstiti sub die. 6. Octobris, videlicet, quod debebãt fieri cõtenta in propositione Don Ludouici, quoad domos Cesaraugustæ sitas, quo vero ad di ctá Baroniam contenta in propositione dicti Don Garsiæ, & sic iuxta vota dictorum trium locumtenentium pronuntiatum extitit.

A QVA sententia fuit ad Regiam audientiam appellatum, & etiam petitum eá reuocari, & deinde 29. dicti mensis Octobris. 1548. idé relator fuit voti sui primi præstiti sub die 6. Octobris, recipiẽdo in domibus Cæsaraugustæ sitis propositionem dicti don Ludouici, & in dicta Baronia propositioné dicti Don Garsiæ quascumq. in contrarium factas pronũtiationes reuocando. Et Michael Martinez, & Ioannes Ybandus de Bardaxi fuerunt eiusdem voti. Petrus autem Clauero perstitit in dicto suo voto per eũ sub die 11. Octobris præstito. Et sic iuxta dicta vota dictorum trium locumtenentium fuit pronuntiatum, & mandatum fieri contenta in propositione oblata pro parte dicti don Ludouici tantum quoad domos Cæsaraugustæ sitas, quo vero ad dictá Baroniam contenta in propositione oblata pro parte dicti Don Garsiæ, quascunq. in cõtrarium factas pronuntiationes reuocando, sentientes ac firmantes omnes, cartam gratiæ, & ius luendi respectu dictæ Baroniæ dictorum locorũ, & castrorum non fuisse per concessionem dicti Regis Ioannis extinctam neq. extinctum, sed potius illius virtute ex voto trium dictorum iudicum locumtenentiũ Iustitiæ Aragonum præfatum Don Ioannem rectè luisse, redemisse, ac quitasse dictam Baroniam á dicto Don Michaele de Funes ex dictis vinculis ad eum vocato, soluto illi pretio dictorum 22100. florénorum auri, quod pretium á dicto Don Ioanne Villalpando & Funes successore in dicta carta gratiç ex iure luendi confessus fuit dictus Don Michael recepisse, licet prædictus Petrus Clauero existimauerit, dictam luitionem defectuosam, & non rectè factam: tamen dictam cartam gratiç, & ius luendi non extinctum, sed adhuc illud subsistens quoq. censuit. A qua sententia extitit pro parte dicti Don Ludouici respectu dictæ Baronia, & etiam respectu dictarum domorum Cæsaraugustæ situatarũ pro parte dicti Don Garsiæ ad Regiam audientiam appellatum.

POSTEA vero pendente di

24 cta appellatione in dicta Regia Audientia mortuus fuit dictus Dō Ludouicus superuiuente, & succedente eidem eius filio Don Roderico Sanchez de Funes antea vocato Muñoz, & etiam obiit dictus Don Garsia, & similiter Don Michael Villalpando eius filius primogenitus superuiuente eisdem, & succedente Don Antonio de Funes & Villalpando filio secūdogenito dicti Dō Garsiæ. Qui don Antonius, & Don Rodericus petierunt respectiuè reponi (videlicet dictus don Rodericus in iure, loco, instantia, & actione in quibus erat dictus dō Ludouicus eius pater, & dictus dō Antonius in iure, loco, instantia, & actione dicti don Garsiæ eius patris.) Et ante prolationem sententiæ in dicto processu, & causa appellationis, instrumento requisitionis publico mediante præfatus dō Antonius. 2. Aprilis. 1563. dictum don Rodericum requisiuit cum attendentiis, & inclusionibus omnibus necessariis in dicta carta gratiæ, & iure luendi, & etiam cum attendentia prætensionis, & inclusionis dicti don Roderici attentantis litem prædictam prosequi, & virtute dictorum vinculorum dictam Baroniam prætendentis. Que por tanto a major cumplimiēto, y confirmation de los derechos y possession del dicho don Antonio, y para quitar lites y molestias, y vsando de la facultad y derecho de la carta de gratia de redemir y quitar dichos lugares, y librando las copias d e todas las escripturas y inclusiones y en moneda Iaquesa in pecunia numerata, que en presencia del Notario y testigos se le numeraron y offrecieron 22100. florines oro, que hazē summa en moneda Iaquesa de 353600. sueldos, y le requirio los recibiesse, y le otorgasse reuendicion de dicha Baronia y lugares de aquella. Alias que protestaba, &c. Et el dicho don Rodrigo de Funes recibio las dichas copias, y quanto al recibir el dinero y otorgar la dicha luicion y reuendicion respondio, que hauido de su consejo responderia, vt in dicto requisitionis instrumēto dicto 2. Aprilis. 1563. confecto continetur.

DEINDE 16. Aprilis 1593. præfatus Don Rodericus de Funes instrumento publico reuenditionis mediante cum dictis attendentiis, & attenta dicta requisitione, & pretij dictæ cartæ gratiæ, & iuris luendi oblatione, certificado, &c. illis melioribus, &c. reuende, y por via de reuēdition (como estaba obligado) cede, relaxa, y transpassa en el dicho Dō Antonio de Funes & Villalpādo, y en los suyos, y les otorga luition si quiere reuedition de dicha Baronia, cōfrontādo los, pretio dictorum 22100. florennorum auri valoris, & summæ dictorum 353600. solidorū Iaccen, quā quantitatem numeratam recepit, & confessus fuit recepisse penes se à dicto Don Antonio, vt in dicto luitionis, 25

tionis,& reuenditionis instrumento latè continetur supra calendato.

NEC obſtat tertium, in quo ex verſiculo proximo anteriori ſub nume. 10. expreſſe dicitur: filios & deſcendentes maſculos dicti Franciſci fuiſſe quoq. in cõditione paſſiua poſitos, ſi etiam ipſi morerẽtur ſine filiis, ex illis verbis: *Et ſi contecera el dicho Franciſco Sanchez Muñoz & los fillos & deſcendientes de aquel maſclos legitimos & de legitimo matrimonio procreados, e menores de edad, &c.*

QVIA reſpondetur clare omnia ibi dicta eſſe ad cõmodũ & reſpectu vocationis Ioãnis Muñoz, & deſcendentiũ illius, & nihil dicitur, quoad vocationẽ dicti Ludouici, nec eius deſcẽdentiũ, & verba intelligũtur quoad perſonas, & eo reſpectu, quo prolata fuerũt ex Aym. cõſi.16.num.3. Et ſic dictum obiectum nullius eſt cõſiderationis, vltra quod copulatiue quoque, & nõ diſiunctiue fuit dicta conditio adie- 71

cta, vt supra proximè dictum fuit: *Si contecera Francisco, & los descendientes de aquel masclos morir sin fillos, e menores de edad.* & fuit dictus Franciscus mortuus filio masculo relicto Don Michaele, qui Michael cum fuerit mortuus non minor, sed maior ætate, defecit dicta conditio, & consequenter dicta quoque substitutio, & vocatio prætensa cessauit.

72 MINVS obstat quartũ, † si ex alio versiculo supra sub numero 12. prætendatur vocatio dicti Ludouici, & eius descendentium de vno in alium, de maiori in minorem, donec descendentes masclos del dicho don Luis se trobaran. Quia respondetur, † quod omnia
73 ibi dicta & apposita fuerunt sub dicta conditione, si Franciscus Muñoz moreretur sine filiis & descendentibus masculis, cui cum Don Michael filius suus masculus super uixerit, cessat eorum vocatio, vt supra in principio dubij, sub num. 32. cum sequentibus, & in responsionibus ad primum & secundum obiectum, sub numero 49. & sequen. latè probatum fuit.

NON etiá obstat † quintum,
74 si dicatur, saltim ex aliis versiculis sequentibus sub numero 13. & 14. ex illis verbis, dum ibi testator dixit: *Et si todos los susodichos nombrados, & los fillos & descendientes de aquellos masclos falleceran sin fillos & descendientes dellos masclos, que los ditos lugares aya & herede el pariente mio mas cercano, que enel dito tiempo se trobara*, & cum onere delationis, nominis, & armorum de los Funes, videri dictum Don Christophorum vocatum. Tum quod reperitur † ipse, & est propinquior 75
consanguineus masculus dicti testatoris, qui consanguineus masculus propinquior fuit expresse verbis dispositiuis vocatus, vt ibi. *Aya & herede el pariente mio mas cercano.* Tum etiam, quod tanquam descendens masculus dicti Ludouici est nominatus, & in conditione positus, & cum adiectione delationis nominis, & armorum de los Funes, quo etiam casu videtur saltim ex cõiecturis ex verbis amplissimis in dictis versiculis appositis collectis vocatus, ex l. Lutius. de hæredibus instit. & aliis, quæ per Doctores in quamplurimis locis in lecturis, tractatibus, & consiliis passim traduntur.

CVI obiecto, † in quo princi- 76
pale fundamentum prętensę vocationis dicti Don Christophori consistere videtur, quantum ad priorem partem dicti obiecti attinet vocationis, vt consanguinei proximioris dicti testatoris. Respondetur clare & efficaciter, nullo modo dictam vocationem procedere posse ex ratione ad oculum demõstratiua, & fundamento euidenti, quia dictus consanguineus propinquior

quior fuit vocatus non simpliciter, sed sub ea conditione, si omnes desuper nominati, & filij, & descendentes masculi dicti Don Ludouici Muñoz morerentur sine filiis & descendentibus masculis, & sic dictus don Christophorus descendens dicti don Ludouici est positus in conditione ad vocationem & exclusionem dicti consanguinei proximioris substituti, & sub dicta conditione vocati, videlicet, ad vocationem illius, si dictus Don Christophorus descendens moriatur, & ad exclusionem eiusdem consanguinei, si ipse Don Christophorus superuiuat. Ergo impossibile, quod dictus Don Christophorus, qui vt descendens, est in potentia habendi filios dum vixerit excludat (prout vt vult excludere) dictum consanguineum proximiorem dicti testatoris, & quod ipse sub nomine proximioris consanguinei vocati, & admitti quæat, cum dicto Don Christophoro viuente, & existente non fuerit adimpleta conditio, nec venerit casus vocationis consanguinei proximioris. iuxta l. cedere diem cum aliis supra adductis. Et quia actio & passio non cadunt in eodem subiecto, & eadem persona. l. Vranius.
77 ff. de † fideiusso. l. si debitori. C. de pactis, vbi post Bartolum, Iasson, Decius, & Curtius Iunior, & ita in nostris terminis ex facto respondit expressè, & notabiliter Socinus Iunior. consilio 108. numero 23. & 24. volumine 2. asserens dictam conclusionem esse indubitatam, quem cum ipse in alio negotio super loco de Naual pro Don Martino de Torrellas contra substitutum allegauerim (licet postea conuentione partium composito) & mea scripta ad manus Menochij peruenissent, vt ipse Menochius in suo consilio 328. in principio dicti consilij asserit, hac eadam ratione eodemquè fundamento vsus est ibi sub numero 9. & 10. volum. 4. Socinum Iuniorem loco supra citato allegando.

RESPONDETVR secundo, † quod cum dictus Franciscus Muñoz non fuerit mortuus sine filiis masculis, sed relicto dicto filio suo masculo Don Michaele expirarunt substitutiones omnes inde subsequutę, vt late supra à numero 32. cum pluribus sequentibus probauimus, consequens est, substitutionem, & vocationé dicti consanguinei proximioris cessasse, vt Decius in terminis consanguinei proximioris, cuius conditio defecit, ex quo priores vocati cum filis decesserunt consilio 291. numero. 5. testatur cum aliis supra latè adductis & allegatis. 78

QVANTVM autem † ad secundam partem dicti obiecti vocationis prætensæ, ex eo quod dictus Don Christophorus, vt masculus descendens dicti don Ludouici 79

uici Muñoz fuerit in cõditione positus, quamuis saltim ex coniecturis sufficientibus in terminis iuris communis descendentes in conditione positi ex dispositione vocati

80 censerentur. Tamen nostro † hoc casu dicti descendentes masculi dicti Don Ludouici in conditione positi, (in quorum numero est præfatus Don Christophorus,) non fuerunt. Nec est in consideratione aliqua ad eius prætensam vocationem, quinimo illius vocatio expirauit, & cessat omnimodo eadem ratione, qua substitutiones, & vocationes dicti Don Ludouici, & eius descendentium, & etiam dicti consanguinei proximioris dicti testatoris diximus cessasse, & expirasse ex defectu conditionis illarum per superuiuentiam dicti Don Michaelis filij masculi dicti Don Francisci Muñoz. Maxime existentibus prædictis dictionibus taxatiuis, & coarctatiuis geminatis triplicatis, & quadruplicatis, vt latè supra pluribus legum decisionibus, & Doctorum authoritatibus comprobauimus à numero trigesimo secundo cum omnibus sequentibus.

81 Et quia si substitutiones, † & vocationes, verbis dispositionis expressis subsequutę post dictum Don Michaelem filium masculum dicto eius patri Don Francisco Muñoz superuiuentem vere cessarunt, & expirarunt: vt abunde supra probatum fuit. Ergo multo magis, multoquè fortius vocationem, quæ ex appositione illorum in conditione præsumptionibus, & coniecturis erat inducenda, expirasse, ac cessasse dicẽdum est. Argumento ab idẽtitate rationis. l. illud ad l. Aquiliam, & à multo magis, & rationis maioritate, autẽt. multo. magis. de Sacro. Eccles. præsertim, quod dictus Don Christophorus, nec est ex descendentibus, nec agnatione vera dicti testatoris, sed alterius extraneæ agnationis, vt in dicto articulo filiorum in conditione positorum ad eorum vocationẽ, quod esse deberent de descendentibus, aut agnatione dicti testatoris considerarũt per plures Doctores, quos referre, (cum opus non sit) omitto.

NEC Obstat aliud si replicetur, † quod magis & vrgẽtius obstare videbatur, scilicet, quod vltra 82
qualitatem masculinitatis, & digressionem plurium graduum substitutionũ apposuit dictus testator onus delationis nominis, & armorum testatoris de los Funes, & verbis adiectis futurum tempus respicientibus, vt supra in facto, & in dicto testamento, ex quibus motus fuit testator per hunc modũ assumendi, & deferendi cognomen & arma de los Funes voluisse ipsum facer edictam dispositionem causa & ratione conseruandi suam familiam & cognomen per dictos descendentes masculos dicti don Ludouici, ex qua ratione conseruandæ agnationis & familiæ, præfati descendentes masculi dicti Dõ Ludouici

douici in conditione positi, tanquã sub dicta ratione comprehensi, ex dicta dispositione censeantur vocati, vt plures Doctores asseruerunt.

QVIA dicto obiecto & fundamento, quod est potissimum, & maius prætensæ vocationis ex aduerso. Respondetur primo. Vltra quod dictus don Christophorus nõ est ex descendentibus, nec agnatione vera dicti testatoris, sed alterius extranei, vt dictum est. Ex quo dicta ratio† expressa per dictum testatorem non fuit, sed præsumptionibus, & coniecturis erat inferenda: dicta ratio prætensa coniecturata conseruationis dictæ familiæ & agnationis hoc nostro casu in consideratione non est, nec ad inducẽdum fideicommissum, & vocationem dictorum masculorum ad præiudicium alterius à dicta ratione verbis non expressa, non licet arguere, ex Bartolo in. l. liberorum col. fin. de verbo signific. Deci. consil. 315. numero 3. & 41. maximè adiecta taxatiua dictione, vt ibi Areti. consi. 27. Alexand. consil. 89. num. 13. versic. nec obstat vltimum argumentum, vol. 2. Bald. in l. si defunctus, col. 2. versic. quæro ergo an statutum. C. de suis, & legiti. hæred. & eleganter idem Deci. consi. 388. num. 7. versi. secũdo proprius ad casum nostrũ, & num. 8. 9. & 10. quãplurimis comprobans, & plures authoritates Alexand. & aliorum allegans, & consil. 292. num. 5. & 6. latè & consil. 316. nume. 6. versic. tertia etiam coniectura. Soc. Iunior. consil. 1. num. 15. volum. 1. Rube. Alexandrinus, cõsi. 118. nume. 1. & 2. Iasson consil. 163. col. 1. vers. idem si volumus, & seq. vol. 2. & expresse, etiã Decian' cõs. 1. n. 175. vers. quarto dico, & n. 176. vol. 2. & consil. 2. nu. 69. versi. non obstat, & nu. 70. eodem vol. 2.

83

SECVNDO respondetur etiã adiecta expressa ratione, † quod fortius est fauoris conseruandæ agnationis & familię, quæ hoc nostro casu intelligẽda est, & restringẽda in personis tantum vocatis, in aliis vero nullatenus attendenda, nec considerandа, sed solum in casu, in quo locum habet vocatio dictarum personarũ, nil aliud de se inferens, neque inducens. Et ita cum hoc casu dicta conseruatio agnationis & familiæ per accidens per dictam delationem nominis & armorum de los Funes considerata: per dictũ testatorem in dictis personis vocatis solummodo, & sic vsq. ad dictum Don Michaelem filium masculum dicti Dõ Francisci Muñoz, & dicto Dõ Francisco eius patri superuiuẽtem attenditur: nõ vero in substitutis post illũ, quorum substitutiones & vocationes subsequutæ, ex defectu conditionis illarũ per dictã superuiuentiam dicti Don Michaelis dicto Dõ Francisco eius patri fuerunt extinctæ & cessarunt penitus. Merito in illis, & cõsequenter in dicto don Christophoro dicta ratio quãtũuis foret expressa nõ cõsideraretur, nec attẽdenda esset: prout ita

84

expreſſe dicto obiecto in primis reſpondit Cornel. conſilio.9.colu. 6. verſiculo obſtat, quod ratio eſt ſcripta.ſub litera N. volumine 3. vbi in ſtatuto excludente filiam do tatam à ſucceſsione bonorum, & hæreditatis patris, vel matris per collaterales maſculos ratione expreſſa conſeruandę agnationis reſpondit, matrem per dictos maſculos non excludi à ſucceſsione filiæ, quia ſtatutum de dicto caſu non loquitur, licet ratio illa expreſſa conſeruandæ agnationis, eo quoque caſu ſimiliter militabat, quia (inquit) illa ratio fauoris agnationis procedit ſolum in certis caſibus, in quibus ſtatuentes voluerunt maſculos illos admitti, non in aliis, idem Cornel. & Brunus, quos allegat Socin. Iunior. conſilio 5. numero 21. volumine 3, de quo infra. Et quod
85 † Cornel. in ſtatuto aſſeruit, in teſtamento & vltima quoque voluntate procedit, cum de vno ad aliud validum ſit argumentum: ſecundum Bartolum in l. ſi quis legauerit. in ſecũda. de lega. 1. cum aliis per Decianum conſilio 87. numero 17. volumine 2. Menochium conſilio 65. numero 84. cum ſequ. vol. 1.

ET in noſtris terminis ante Corneum idem quoque aſſeruit in teſtamento Oldra. in allegato conſilio 21. dum in illo ſuo caſu expreſſe voluit teſtator, bona ſua in ſua conſeruare agnatione, qua propter fœminas excluſerat ſubſtitutionem tamen factam filiis decedentibus ſine filiis maſculis reſpondit, natis filiis extinctam cenſeri, & non efficere propter rationem, quod inter ipſos filios, & fratres non ſit reciproca, nec fideicommiſſaria ſubſtitutio inducta.

SOCINVS quoque ſenior non habita conſideratione prædictæ rationis expreſſæ conſeruandæ familiæ, & agnationis in conſilio. 116, numero. 5. verſiculo quarto ſit magnum fundamentum iuncto. verſicu. quæ omnino non habent aliquo modo obſtare, volumine 3. in illa ſua ſpecie, qua Henricus teſtator filio ſuo Ioanni inſtituto, ſi ſine filiis maſculis decederet, maſculos nonnullos de agnatione ſubſtituerat filiabus propriis dicti teſtatoris ſpretis & non vocatis, ratione expreſſa conſeruandi dicta ſua bona in ſua agnatione, ex quo dictus Ioannes hęres inſtitutus fuit mortuus relictis filiis maſculis, licet deinde illi filij deceſſerunt. Reſpondit ibi Socin. ſequentes illos ſubſtitutos maſculos de agnatione non eſſe vocatos, quia non fuerunt illi ſubſtituti ſimpliciter, ſed ſub conditione ſi inſtitutus ſine filiis maſculis deceſſiſſet, quæ conditio defecta eſſet, & ideo per ſuperuiuentiam filiorum maſculorum dicti hæredis defecerunt dictæ ſubſtitutiones non conſiderata

dicto

dicto casu ratione prædicta conser uationis dictæ agnationis quantum uis expressa.

RVINVS etiam consilio 153. volumine 2. quia in illo suo casu Bartolinus testator institutis duobus filiis suis Antonio & Iaconia hæredibus, quibus decedentibus sine filiis & descendentibus masculis substituit Nicolaum & Laurentium de agnatione, & eorum descẽdentes masculos, his maternis verbis expressis: *Siche la heredita rimanga nella casa sua*, id est, quod hæreditas remaneat in sua domo, agnatione & familia, non vocatis filiabus suis propriis Magdalena & Clara illis certum quid relinquendo, mortuis deinde Iaconia sine filiis masculis, Antonio autem relictis duobus filiis masculis vocatis, videlicet Dicho & Ioanne Hieronymo, qui postea decesserunt sine filiis & descẽdentibus masculis relicta & superuiuente sola vnica filia dicti Ioannis Hieronymi, & superuenientibus dictis Nicolao, & Laurentio de dicta agnatione substitutis, licet videbatur illos substitutos de domo & agnatione dicti testatoris esse vocatos, quia masculos testator instituerat, masculos in conditione posuerat, & masculos de agnatione substituerat, & adiecta fuit, & expressa illa clausula: *Siche la heredita rimanga in sua domo.* vt ibi in princip. & numer. 1. & 2. contra tamen sub numero 5. illos substitutos (licet de agnatione) non esse vocatos verius esse respondit, cum non simpliciter substituti fuerunt, sed sub conditione, si dicti filij testatoris decessissent sine filiis & descendentibus masculis, quæ conditio defecit, ex quo dicto Antonio superuixerunt filij duo masculi, licet postea illi decesserint sine filiis masculis, ex cuius conditionis defectu cessarunt substitutiones illorum de agnatione non habita consideratione illius rationis, & clausulæ expresse, quod sua hæreditas remaneret in sua domo, agnatione, & familia, quia intelligitur restricta, ad dictam conditionem, & sub dicta conditione, si hæredes decessissent sine filiis masculis, per quorum superuiuentiam, & conditio, & substitutiones prædictæ defecerunt & cessarunt.

ALEXANDER similiter consilio 59. volum. 3. qui cum quidam vocatus Viceguerra de Arenna, suo testamento filios suos hæredes instituisset, etsi sine filiis masculis, aut sine testamento decederẽt vocauit proximiores masculos de domo sua, progenie & parentella de arenna, & prohibuit bona ibi specificata posse, vel debere vllo tempore, vel modo aliquo casu, vel iure alienari, vel obligari per ipsos hæredes, vel eorum filios, neq. per dictos de arẽna de domo, progenie, seu parẽtella sua, nisi inter eos tantum, certã quãtitatem

filiabus

filiabus eorum relinquendo, quia voluit, quod dicta bona essent, & permanere deberent in dictos de arenna superius nominatos per modum suprascriptum, mortuo testatore accidit Bartolomæum vnũ ex dictis filiis suis hæredibus mori superuiuente, eidem Ioanne eius filio masculo & hęrede relicto, qui postea decessit sine filiis matrem suam hæredem, & dicta bona illi relinquẽdo. Proximiores de dicta parẽtella substituti se ad dicta bona, tã quam contra prohibitionem dicti testatoris extra dictam familiã aliena vocatos esse, ac illa bona repetere posse prætendebant ex verbis latissimis, & ratione prædicta expressa conseruationis agnationis in dicto testamẽto recitatis, Alexãder tamẽ resoluit in versiculo, sed præmissis non obstãtibus, sub nu. 4. & seq. quod ex quo ille substitutiones factæ fuerunt sub conditione supra dicta: substitutiones rationẽq. prædictam expressam conseruationis agnationis censeri, ac fuisse restrictas ad dictam conditionem, quæ cum defecerit per superuiuentiam dicti Ioannis filij masculi vnius hęredis & etiam facto dicto testamẽto, cessasse respondit, & etiam consilio 139. vol. 6.

DECIVS subtilis eodem modo consilio 191. consultus super testamento, quo testator postquam quinque fecerat substitutiones sub eadẽ conditione, si illi quibus facta fuerat substitutio, vel omnes sine filiis masculis, vel nepotibus, vel vlterioribus masculis decederent, ex quo illi filij in conditione positi, postea decesserũt sine filiis masculis substitutis consanguineis superuiuentibus. Respondit Decius expirasse omnes illas quinque substitutiones priores ex defectu conditiones illarum, illico per dictam superuiuentiam filiorum masculorũ in conditione positorum, quidquid de illis postea contigerit, vt ibi in versiculo venio igitur sub nume. 4. & sequent. Et postea quantum ad aliam sextam substitutionem sequentem, in qua maior videbatur difficultas, dum in illa erat additũ per modum rationis expressæ his verbis, & hoc ne hæreditas mea exeat vllo modo de patrimonio, vel cippo meo, sed solum hæredes mei supra scripti, & instituti, & eorum filij masculi, & ipsis, & quolibet eorum deficientibus proximior, uel proximiores mei consanguinei masculi de patrimonio habeant dictam hæreditatem, & ita eum, & eos substituo, & eis, & ei relinquo vulgariter, & per fideicommissum, & omni alio modo, & iure, quibus melius possum: ita formaliter in dicto testamento continebatur: vt ibi sub numero 5. versicu. venio ad sextam substitutionem, & similiter respõdit Decius dictã substitutionem & rationem expressam prædictam intelligi restrictas ad dictã conditionem, & sub dicta

condi-

conditione, quæ cum defecerit per dictam superuiuentiam dictorum filiorum masculorum in conditione positorum, & ille quoquè defecerunt, aliqua extensione extra dictum casum, nec ad aliam personam non permissa. Et idem Decius consilio 636. numero duodecimo. versiculo nec supradictis, dum obiecto, quod videbatur inductum fideicommissum, ex eo quod testator voluit bona sua stare semper in hæreditate sua pœnes suos hæredes, & descendentes respondit, dicta verba restringi secundum præcedentia, videlicet, casu quo substitutio fideicommissaria locum habuisset, non alias. Et idem Decius consilio 288. numero nono. versiculo nō obstat quod testator: idem asseruit.

ALCIATVS idē censuit responso 542. col. 2. versic. nec obstat quod testator, dum dixit: quod etiā si testator voluerit bona debere in familia sua cōseruari masculos de familia vocando: attamen non inducitur fideicommissum, quia non extēditur hæc ratio ad personas nō vocatas: & in l. pater filiū. §. fundū. col. fi. versi. tertius est casus delega. 3. dixit iterū: quod hæc ratio expressa a testatore, quia volo bona mea remanere, uel cōseruari in agnatione, & familia, intelligitur secūdum terminos dispositionis.

RVBEVS Alexandrinus prædictæ quoquè assentitur conclusioni consi. 120. col. fi. in duobus locis, ibi, vel aliter dico, & ibi non tenet ergo, quorū priori loco dicit, quod non tenet consequentia, testator voluit conseruare bona in agnatione masculina, ergo inducitur fideicommissum absolutum. Et secundo loco iterum repetiit dicens non tenet ergo consequentia testator voluit conseruare bona in liberis masculis, ergo voluit grauare vnum ex liberis aliis restituere.

AYMONIVS consilio 328. numero tertio. dum testator in illa sua dispositione rationem expressam conseruandæ agnationis adiecisset: vt ibi sub numero tertio. ex qua videbatur substitutus inuari, postea tamen sub numeris 12. & sequenti, contra dictum substitutum concludit, & numero decimo septimo. & decimo octauo. rationi prædictæ expressæ satisfaciendo ait, illam non procedere perpetuo, nec vt in casu omisso inducatur ex dispositione substitutionis vocatio.

MARIANVS Socin. Iunior subtiliter, & eleganter consilio 4. numero vigesimo in fin. versiculo non obstat, & numero 21. volumine 3. dixit expreslè, non obstare id, quod dicebatur de conseruanda agnatione. Quoniā respōsio colligitur ex prędictis, quę facillima est, nā fauor agnationis a testatore cōsideratus debet attēdi in casu per eum expresso, seu in quo disposuit, & sic vbi aliquis ex filiis suis decede-

ret sine filiis masculis, sed post-quam cum masculis quis decesserit, satis visum fuit testatori pro conseruatione agnationis. Vlterius enim noluit prouidere, nec aliquod fideicommissum iniungere, si contingat Nepotes suos sine filiis masculis decedere, sed eos voluit liberos relinquere. Nec enim ex eo quod aliqua dispositio dicitur facta fauore agnationis, trahenda est ad alios casus aliasue personas: quã do verba eius nõ patiũtur, & effectus cõseruationis agnationis fuit, nõ simpliciter & absolute cõsideratus, sed tantum in casu expresso & adueniente conditione illa voluntaria, si sine filiis masculis decessisset, ex cuius conditionis defectu per superuiuentiam dictorum filiorum masculorum omnia (hoc est, & substitutiones rationemquè prędictam expressam) cessare: & sine effectu existere. Et idem asseruit consilio centesimo septuagesimo septimo. numero duodecimo. versiculo nec obstat. & numero decimotercio. volumine secundo. & consilio 118. numero decimoseptimo. volumi. primo.

CEPHALVS in eandem concurrens sententiam consilio decimoseptimo. numero vigesimo octauo. in fine. volumine primo, ibi, quia quod fuit factum fideicommissum euanuit, nec fuit factum, nec fieri potuit Benedicto, & fratri eius, qui non fuerũt honorati, sed tantum in conditione positi. Et ibi præterea sentit velle conseruare agnationem, eueniente tamen casu fideicommissi, de quo supra, scilicet, eueniente conditione, quod aliquis ex institutis decessisset sine filiis: allegando Alexan. dicto consilio supra citato 59. & Socin. dicto consilio 116. supra etiam allegato: & numero trigesimo primo. versiculo. et sic etiam parum facit clausula illa in infinitũ, quia (inquit) in quit intelligitur, si tamen veniat casus conditionis, quo aliquis ex institutis decederet sine filiis, aut filiabus, vel intelligitur respectu eorum, qui fuerunt ex dispositione vocati, non vero respectu in conditione positorum, & expresse etiam consi. 269. numero 46. 47. & 48. volumine secundo. dicens dictam clausulam, & rationẽ expressam nõ ampliare fideicommissum, sed intelligi, ac restringi ad vocatos tantũ, & ad casum in quo fideicommissum locum habeat.

DECIANVS quoquè notabiliter, & eleganter eandem firmauit conclusionem consilio 26. numero 85. versiculo præterea, & numero 86. volumi. secundo. vbi dictæ rationi respõdendo dixit, quod testator voluit considerare fauorem familiæ suæ limitatè in casibus tantum expressis. Nam (inquit) ex hac ratione etiam expressa conseruandæ agnationis, non potest argui testatorem voluisse dispo

nere

nere quod non disposuit: & expressius, & latius comprobans hoc idem respondit consilio primo eodem volumin. secundo. numero 176. in fine. & numeris quinquê sequentibus, & consilio secundo. numero 69. versicu. non obstat secundum de ratione conseruandæ familiæ, & nominis ipsius testatoris, quia verum est per maiorem natu & eius descendentes, eo modo quo supra expresserat, non vero per alios, nec alio casu, non facta extensione aliqua de persona in personam, nec de casu ad casum: & numer. 7. & idem consili. 3. numero 12. versiculo, & ex istis respondetur. & numer. 21. & consilio quarto. numero 33. & sequenti. volumin. secundo. allegando, & defendendo Alexandrum dicto consilio supra citato 139. volumine sexto.

MENOCHIVS pluribus in locis repetendo idem respondit consilio 85. numero 102. versiculo non obstat tertium dicens, quod fauor agnationis a testatore consideratus attenditur in casu per eum expresso, seu in quo disposuit, atquè ita inquit, vbi aliquis ex institutis decesserit sine filiis masculis, sed postquam in illa sua specie Bartholomeus & Iacobus Vita fun cti sunt filiis masculis superstitibus, cessat illa conseruatio, ex defectu conditionis, & numero 119. tradit testatorem considerasse agnationis conseruationem adueniente casu fideicommissi: & consilio 152. numero 50. versiculo non obstat quintum respondit, quod ratio illa conseruandæ agnationis expressæ, & familiæ militat in casu a testatore expresso: & idem asseruit consilio 326. numero 67. dum respondit testatorem voluisse conseruare agnationem, & familiam suam, procedere eueniente casu a se disposito, & non aliter, & consilio 327. numero vigesimo secundo, respondit etiam procedere dictam rationem eueniente casu disposito, & non vltra: & idem asseruit 68. versiculo hoc ita exposito, & numero 69. & consilio 328. numero 76. versiculo respondetur secundo, & consilio 376. numero 57. asserit non esse tantam habendam rationem conseruationis agnationis, & familiæ: vt dispositio ad casum omissum extendatur, & comprobari, ex eo, quod dicere Doctores nostri solent, rationem conseruandę agnationis locum habere suo in casu, nempe in casu in quo locum habet vocatio, & ideo de se nihil infert, quæ sunt verba illius formalia, & notanda. Atquè ita cum Ludouicus Sanchez Muñoz, & eius descendentes: & tandem consanguineus propinquior fuerint vocati, non simpliciter, sed sub conditione, si dictus Franciscus Sanchez Muñoz moreretur sine filiis masculis, & ille mortuus fuerit relicto filio masculo

Don Michaele, qui non reperitur grauatus ad fauorem dicti Don Ludouici, nec proximioris consangui nei per superuiuentiam illius omnes prædictæ substitutiones post illum subsecutæ, & etiam causa illa deferendi cognomen, & arma de los Funes: ex defectu dictæ conditionis cessarunt per iura, rationes, & DD. authoritates supra dictas.

SEXTO & tandem vltra prædicta, quibus abunde probauimus, dictum don Christophorum Muñoz & Funes, ex vinculis, & substitutionibus præfati testamenti Ramiri, nec vt descendentem Ludouici Muñoz, nec vt proximiorem cõsanguineum, dicti testatoris esse aliqualiter vocatum. Si quod dubium superesse videretur, tres adhuc iuris regulæ pro dicto Don Ioanne Garsia concurrunt, & prætensioni dicti Don Christophori aduersantur.
86 Altera † quod in dubio non esse fideicommisso locum, interpretandum & pronuntiandum est: secundum Decium consi.593.num. 5. versic. ex quibus, Aymo. consilio 180. numer. 4. in fine. Silua Nupti Neuisan. n. 47. versi. itẽ in dubio, Alciat. cõs.483. Cephal. consil. 45. num. 12. vol. 1. Decianus consi. 26. num. 83. vol. 2. & Menochius cons. 327. num. 41. volu. 4. & alibi.
87 Et † altera quæ in dubio pro possessore præcipit iudicandum, §. comodum institu. de interdi. l. Arrianus. ff. de actio. & obligati. Aymo. dicto consilio 180. nume. 4. in fi. Decius consilio 443. num. 28. & in fi. consi. 517 num. 7. & consi. 564. num. 1. Decianus consi. 26. supra allegato. nume. 48. vol. 2. & Menochi. d. consi. 327. num. 41. eodem volumine. 4.
88 Et † alia, quæ cõpellit in dubio pro reo, & contra actorem pronuntiare d. l. Arrianus, & l. fauorabiliores, & ibi Deci. de regul. iuris, & c. sunt partium iura, vbi Dinus de regul. iuris lib. 6. cap. ex literis de proba. & Decianus d. consi. 26. numer. 83. vol. 2. Alcia. consi. 483. in fi. Rolandus consi. 56. num. 24. 35. & 36. vol. 3. & Menochi. d. consi. 327. nu. 41. vol. 4. cum aliis. Et cum nostro hoc casu constet, dictum Don Ioãnem Garsia de Funes & Villalpando, tempore huius apprehensionis, & motæ litis esse in prædictæ Baroniæ, locorum, & Castrorum apprehẽsorum possessione, & in effectu reum: eius iustitia in prædictis quoq. fundatur regulis.

QVIBVS omnibus ante dictis perpensis, non est cur pro parte dicti Dõ Christophori, tanti suam facere valeant vocationem, ex prætensis vinculis, quæ fuisse in persona dicti Don Michaelis penitus extincta, ex defectu conditionis eorum, ostendimus late supra, & probauimus.

SECVN-

SECVNDVM CAPVT & dubium.



NVNC autem circa secundũ caput & dubium, in cuius dissolutione principalis prę sẽtis causę decisio consistere videtur. Resolutiue procedẽdo, præsupposito prius,
89 pactum de retrouẽdendo, † & ius prædictum luendi, & redimendi esse cessibile, vendique, donari, trãsferri, ac cedi potuisse. quia regulariter pacta, & iura omnia sunt cessibilia. l. fi. C. de hæreditate vel actione vendita. & trãsmissibilia, vt ibi, & l. iuris gentium. §. pactorum & l. si tibi. §. pactum conuentum. ff. de pactis. l. veteris. C. de contrahen. stipulatione, & in terminis huius pacti de retrouendendo, & iuris luendi conuentionalis firmarunt Paulus de Castro. consil. 1. videtur dicendũ, quod dictus Christophorus volum. 1. Barba. consili. 51. col. 18. volumi. 1. Decius consilio 164. in fi. & expressius consil. 614. col. 2. & cons. 680. nume. 10. Tiraquell. (qui licet in retractu legali, cũ agatur de preiudicio consanguinei, & sic tertij afferat illud cedi non posse, tamen dicto preiudicio & interesse tertij cessante, illud cedi posse affirmat, & consequẽter ius prædictum luendi conuẽtionale) in tractatũ de rẽtractu titulo 1. §. 26. in principio iuncto nume. 8. & Cagnol. in l. 2. q. 1. num. 54. & Gozadĩ. ibi num. 93. versicu. contrarium, & num. 105. C. de pactis inter empto, & vendi. & sine dubio esse in hoc pacto de retrouendendo, & conuentionali retractu testatur Carolus Molineus in consuet. Parisien. titulo 1. §. 13. glo. 1. num. 20.

PRÆSVPPOSITO etiam secundo, † quod ad translationem dominij, quantum præstat traditio in rebus corporalibus, tantum in iuribus incorporalibus operatur translatio, & cessio: secundũ Baldum in l. ex legato. C. de legatis, dicentẽ quod cessio est modus, quasi traditionis inuentus in incorporalibus, & quod aptius vocabulũ non poterat inueniri, cũ cedere sit quasi discedere, & alterum sui loco ponere, & Bart. in l. ad eũ. ff. de donatio. glo. in l. vltima vbi Barto. Bald. Angel. & Salice. C. quando Fiscus, vel priuatus Iason in l. si sic. §. fin. num. 8. de lega. 1. Nata consilio 398. num. 24. & seq. vol. 2. Decius consilio 446. nume. 5. Menochi. de retinẽda posses. remedio tertio n. 259 cum duobus sequentibus. 90

ET consequenter † vbi in corporalibus non esset opus traditione, 91

non esset opus traditione ad transferendum dominium. Similiter in incorporalibus non erit opus cessione, vt nostro hoc casu in instruméto, & cata donationis Regis Ioánis: & magis in Aragonia. Et datur etiam in iuribus incorporalibus petitorium, & possessorium vt infra. numero 102.

PRÆSVPPOSITO quoquè alio, & tertio. Solo instruméto donationis, & carta principis ac
92 priuilegio Regis, etiam sine †solemnitatibus transferri in terminis iuris cōmunis, absquè traditione aliqua dominū secundū Bald. in Prohœmio feudo col. 10. Alexan. cōsil. 187. col. fi. vol. 2. consi. 3. col. penul. vol. 5. Decius consi. 640. numer. 7. Curti. Iunior consil. 142. col. 1. vol. 2. Bertran. consil. 3. inspecto. col. 7. versic. ad quintum vol. 3. Socin. Iuni. consi. 65. num. 5. vol. 1. dicens cōmu. Loazes in consil. super loco de Mula, in prima dubitatione in primo fundamento, pro Marchione. nume. 22. & 23. cum tribus sequentibus, & in secūda dubitatione, versi. quantum ad subscriptionis. num. 2. non indiget insinuatione, vt ibi per Loazes, & in secunda dubitatione, versic. quantum de subscriptionis. nume. 5. & sequen. & est cōmunis oppi. secundum Iasso. in l. quoties l. de rei vendi. & Soci. Iunior. d. consi. 65. num. 5. & in Aragoniæ est generale, ex obser. vnica. titulo de pactis inter emptor. & venditor. Obser. item si aliquis in fi. tit. de emptio. & vendi. Moli. reporto. in verbo donatio.

QVIBVS præsuppositis, dico dictam cartam gratiæ, & ius luendi, & redimédi per dictum Regem Alfonsum reseruatum non fuisse per dictam donationem Regis Ioánis desuper sub num. 15. recitatam, & contentam extinctum nec sublatum. Quinimo ad cōmodum dicti Don Ioannis de Villalpádo, & dōnæ Contesinæ de Funes coniugum donatariorum: & respectu illorum, & successorū eorum semper in esse existens, & permanens donec dicto iure illorum successores Don Ioannes, aut Don Antonius de Villalpando vtentes, & illius virtute dictam Baroniá redemerunt, quod ostenditur ex sequentibus.

PRIMO ex dicta donatione desuper in facto sub dicto numero 15. contenta, & recitata, quam Serenissimus Rex Ioannes fecit in fauorem Don Ioannis de Villalpando eius Maiordomi, & domnæ Contesinæ de Funes coniugum ex illis verbis: & dictum ius luendi nobis competens & competere potens in prædictis, aut circa ea, hac præsenti carta perpetuo valitura transferimus in vos dictos coniuges & vestrū quemlibet, † cuius verbi transferimus natura & proprietas ea est, 93
vt ius, quod penes Regem prædictum Ioannem donanté erat & existebat, in dictos donatarios, & qué libet eorum transferatur. l. id quod nostrum

nostrum de regul. iur. Id quod nostrum est, sine facto nostro ad aliũ transferri non potest. Ergo nostro facto possumus transferre, vbi Deci. & regula. Nemo plus iuris eodẽ titulo. ff. & lib. 6. & in alia regula non vult hæres esse, qui ad alium transferre voluit hæreditatem, & intelligitur de totali abdicatione, & vera & effectuali translatione in alium: secundum Decium, ibi notáter, num. 1. & 2. versic. secundo. eodem titulo. de regul. iur. prout est notorium & vulgare, ac probatum clare & aperte ex rubricis illis, & titulis de adimendis & transferendis legatis, & de ademptione legatorũ & translatione. ff. & insti. A quibus
94 rubricis est † licitum arguere, nisi respectu eorum, quæ in nigro, hoc est, in textibus & legibus in dictis titulis contentis, contraria disposita reperirẽtur, quando habent orationem perfectam: & quando perfectam nõ habent orationem, saltim demonstrationem inducũt, vt post Bartolum testantur Alexan. Iasson, & alij DD. in l. 1. ff. de reb. cred. & Euerardus in libro quẽ fecit de cẽtum modis arguendi capite, seu loco 45. à rubro ad nigrum, & è contra, & textus sub dictis titulis contẽti non modo dictis rubricis & titulis non contrariantur, sed potius cũ illis conueniunt, & concordant. Iurisconsultus namq. in l. sicut cum l. seq. quæ incipit translatio sub dict. rubrica primo recitata formaliter; & expresse inter alios modos translationis, testatur esse de vna persona in aliam, eo exemplo ostendens, vt si quis ita dixerit, hominẽ, quem Titio legaui, Seio do lego, censetur homo ille legatus à Titio adẽptus, & in Seium translatus: & idem asserit Imperator in eodẽ exẽplo formaliter in princ. alterius rubricæ in stitu. de adẽptione legator, & trãslatione, dum ibi dicitur in versicu. transferri quoque in dicto exẽplo, quo casu ait, simul & Titio adimi videtur, & Seio dari. Et videtur in effectu quoad Titium legatũ illud extinctũ, ex quo adimitur, & in Seium est translatum.

ET quod in legato deciditur, idem in donatione Regia, de qua agitur, dicendum est, & concludendum. Tum quia † legatum est do- 95
natio quædam † à testatore relicta 96
ab hærede præstanda. l. legati. de legat. 2. §. legatum insti. de lega. Tum etiam, † quod est eadẽ ratio casuũ dictorum textuum, & casus nostri, quia sicut in dictis exemplis dictarum legũ, legatum, quod Titio fuerat relictum, respectu illius extinguitur, ex quo illi adimitur, & in Seium transfertur. Ita nostro hoc casu, ius prędictum redimendi respectu Regis Ioannis donantis, & successorũ illius, ex quo ipsemet Rex voluit se à dicto iure luendi, & redimendi spoliare, & à se illud adimere, quoad se & eius successores dicitur dictum ius extingui, & extinguitur, & illud transferri, prout transtulit in dictos donatarios. Ergo idem ius. l. illud. ff. ad l. Aquiliã cũ aliis.

Quod

97 QVOD etiam † confirmatur argumento vltimarum volútatum, & contractuum, quando non est ratio in vno, & in alio diuersa, sed eadem: vt in l. 10. C. de leg. §. 1. institu. de lege fusia caninia. cum late per Euerardum libro suorum argumentorum, capite seu loco. 17. Et præsertim vltimarum volútatum, & donationum. Cum vtroquè casu agatur solum de adimplenda voluntate vnius disponentis, nempe testatoris, & donantis. Atq. ita præfatus Rex Ioannes dictum ius a se abdicauit, & illud in dictos transtulit donatarios. Et hic optimè ca-
98 dit regula illa, quod † vni collatum est, alteri dicitur perpetuo adéptú & ablatum: l. quod in rerum. §. si quis. de lega. 1. l. si tibi. ff. de adimenda. lega. & Decia. consil. 54. numer. 39. ibi, quod enim. vol. 2. Et hoc solum videretur sufficiens ad præsentis articuli, & dubij decisionem: quamuis alia non concurrerent, quanto magis existentibus infrascriptis.

SECVNDO comprobantur prædicta, quod præfatus Rex Ioannes, non contentus, quod dixerat transferimus in vos dictum ius luédi, & vestrum quemlibet, sed animum suum, suamquè mentem enixius declarando addidit, eaq. vobis gratiose donamus, quæ verba
99 † licet ad Loca, & Castra refferri videantur, cum tamé in illis, & circa ea præfatus Rex ius prędictú luédi, & redimendi illa, & recuperádi haberet, hac consideratione, & respectu dicti iuris, quod in Aragonia est etiá reale (vt dicetur in sequenti, & vltimo dubio,) dicitur donare voluisse, & donauit quoq. dicta Castra & Loca, mediante dicto iure, & dictum ius quod in illis præfatus Rex Ioannes habebat: iuxta tex. in l. Serui electione. §. 1. & §. fin. de legat. 1. Vbi cum certa res aut homo legatur ita, qui meus erit, aut quæ mea erit cú moriar, & cómunis sit. Labeo existimabat totú hominem, totamq. rem deberi, sed Trebatius, & Cassius partem solummodo deberi responderunt. Quorum sentétia verior est, & per Paulú iuriscósultú approbata. Et idé est in quocúq. iure, quod in re relicta haberet dispo nés: ex textu notádo li. in l. si dom' §. si fundus, qui est finalis eodé titu. de leg. 1. Vbi cú emphiteota fundú in emphiteosim a municipibus habés, dictú fúdú, dictis municipibus aut alteri legesset, ait Vlpianus valere legatum. Quia nó fuit visus proprietaté directá legare, sed tátú ius vtile, quod in dicto fundo vectigali, & emphiteotico habebat. Et est generale, quod disponés de re aliqua, est visus ius quodcúq. quod in illa haberet, relinquere per dicta iura, & textú in l. vxor patrui. C. de lega. 1. l. quod in rerú. §. 1. de lega. 1. & tenuerút glosæ Barto. Paulus, Angel. Imola in dictis textibus, & Iasso. in d. l. quod in rerum. §. 1. & notabiliter in dicta l. si domus. §. fin. notabili vltimo. numer. 10. & Soci. Iun. consl. 74. num. 19. vol. 1. & Couarr. in c.

in c. si filius num.2.extra de testament. cum ibi latè per eos allegatis.

TERTIO additur prædictis, quæ locum quoque habent, & pro
100 cedunt in contractibus, vt † diximus de legatis ex textu notando in l.qui Tabernas. ff. de contrahent. emptione. vbi Vlpianus Iurisconsultus in ea specie, quia quis vendiderat tabernas suas argenteas, & cæteras, quæ in solo publico erant, non solum (inquit,) sed dumtaxat ius, quod habebat, & vsum illarũ vendidit, cum tabernę illæ publicę erant, & solum similiter publicum vsus autem illarum ad priuatos, & sic ad dictum venditorem pertinens in dicta venditione continetur. Et multo magis in donatione de qua agimus, quæ legato comparatur, & de vno ad aliud est validum argumentum, quia donando rem simpliciter donauit ius, quod in illa re habebat, & habetur per textum notabilem in. c. pastoralis extra de donatio, quo loco summus Pontifex in illa donatione, quam Episcopus de cõsensu capituli, & patroni de quadam Ecclesia quibusdam religiosis fecerat, dictum patronum ius suum patronatus, quod habebat, & Episcopum prædictũ ius temporale, & portionem fructuum, quam obtinebat, & si nullam recipiebat portionẽ omnes peruentus, præter Cathedraticum, in vsus dictorum religiosorum donatariorum esse cõuertendos respondit. Ita vt præfati patronus, Episcopus, & capitulum, quilibet eorum, ius suum, quod habebat in illa Ecclesia contulisse censeatur: prout ita tenuerũt ibi, gl. in verbo. suum Abbas, & alij ibi, & Angelus Bald. & Iasson in terminis in d.l.si domus. §. fin. num. 11. de lega. 1. Et ex dicto verbo donamus fuit dicti iuris translatum dominium in præfatos donatarios vt Decius cõs.468.n.10.& 11.& cõs.498.10. & Menoch. cõs.323.n. 20. asseruerunt, sicq. prefatus Rex Ioannes ius prædictum, quod erat penes eũ trãstulit non extinctum, sed semper in esse permanens in donatarios præfatos ad eorum vtilitatem, & dispositionem.

QVARTO fortificantur prædicta, † quia cũ præfatus Rex Ioan 101
nes haberet dictam cartam gratiæ seu dictum ius luendi redimendi, & recuperandi dicta castra, & loca vendita pro pretio iam dicto, & erat dominus illius, quia in iuribus incorporalibus consideratur quoq. vt in aliis rebus dominium: iuxta l.qui vsumfructum. ff.si vsus fruct.peta. & ibi, Bald. & in §. nihil commune l. naturaliter. ff. de acquiren.posse Alexand. numero 6. Ripa numero 26. & 27. Bologni. 10.& 11. Fabius Acorambonius nu. 116.117.& 118. Berẽgarius Fernandus in secundo capite principali n.11.& 12. dicens communẽ, & Pinellus in l.1.nu 18. C. de bonis maternis, & pro iuribus incorporali- 102
bus datur, & procedit petitorium, & posses-

& possessorium vt Doctores in eodem. §. nihil commune testantur Barto.num.18. Alex.nu. 72. Iason n.126. Fabi' Alex.n.125. Claudi de Seiselo. n.156. Hormādetus n. 93. Ferdinan.c.3.n.11. Corasius 2.par. n.91. Ripa n.150.& 151.& Bolognetus in secūda parte nu.305.& idem Ripa titulo de diuersis rescrip. responso 6. Menochi. de retinen.possess.nu.159. Et sic præfatus Rex vt
193 dominus dictæ cartæ gratiæ, & iuris luendi potuit illā, † & illud penes ipsū existens donare, vt est notum, prout gratiose donauit dictis donatariis, & ita fuit illud ius effectum dictorum donatariorum, & penes ipsos remansit, prout erat antea penes dictum Regem donātem, & nullo modo quoad dictos
194 donatarios fuit, nec dici potest extinctum, textus est expressus in l. 1, in principio.ff.de donationibus. Dum ibi Vlpianus verbis formalibus dixit, dat aliquis ea mente vt statim vellit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti, & propter nullam aliam causam facit quam vt liberalitatem, & munificentiam exerceat, & hæc (inquit) proprie donatio appellatur. Vt nostro hoc casu expressè contingit, quo Serenissimus Rex Ioannes dicti iuris luendi dominus transferre voluit & donaré, prout ea mente transtulit, & donauit illud gratiose dictis Ioanni Villalpando præsenti, & acceptanti, & eius
195 vxori Contesinæ, silentio perpetuo ipsi Regi, & eius successoribus imposito, atque ita facta dicta donatione, & acceptatione, licet quoad dictum Regum donantem, & eius successores dictum ius dicatur in effectu, & sit extinctum, cum ad ipsum reuerti nequeat, tamen quoad dictos donatarios acceptantes semper in esse permansit, vt ibi iurisconsultus asseruit, & idem Paulus in l. Senatus. §.1.ff.de dona. causa mortis. explicuit dicēs, esse veram & absolutam donationem, & nullo casu reuocabilem, quia potius donatariū quam se habere maluit. Si igitur Rex voluit dictos donatarios, & eorum successores habere; ergo non extinctum quoad ipsos, & quia ex dictis verbis (donamus, donare, & dare, & donationem facere) ex sui natura transfertur dominium: ex tex. in l. vbi autem non apparet. §.fi. vbi Iason.ff.de verbo.obliga. & §. sic neque insti.de actio. vbi Zanchus, & alij Doctores insti.de actio. Deci. consilio 208. numero.6. Menoch. consi.261.num.36.& consilio 191. num.9.cons.372.num.8. Decianus consilio 12.num.7. vol. 2. & notabiliter ad casum Aretinus consilio 159.nu.15. Iunior cons.9. nu.29. & 23. versi. quinto vol.1. Rui.cons. 81. n.18.vol.2. Nata.cōs.229.& 496. vol.3. & notanter Decius consilio 468.nu.10.& 11.& consil.498.nu. 10.& 11.

Quinto (vt clarior Iustitia huius partis Don Ioannis Garsiæ de Funes & Villalpando appareat) prædictis iungitur, quod & sola simplici re-

ci remissione, aut renuntiatione iuriũ remittenti, aut renũtianti tempore dictæ remissionis, aut renuntiationis competentium facta in fauorem certę, aut certarum personarum induceretur, & esset vera donatio, & sicut erant dicta iura pęnes remittentem, & renũtiantem transferũtur eodẽ modo in dictas certas personas, quarum contemplatione fit illa remissio, aut renũ-
104 tiatio, † vt probatur primo ex eo, quoniam illa remissio aut renuntiatio, ex sui natura egeret insinuatione vt quælibet alia vera donatio summam legalem excedens secundum Bald. in l. illud num. 7. C. de Sacros. Eccles. Decius cons. 86. nu. 5. versi. quantum Tiraquell. in l. si vnquam in verbo. donatione largitus num. 176. de reuo. dona. cum ibi per eum, & Menoch. late cons. 80. nu. 57. vol. 1. & alibi allega.

QVOD prosequendo confert
105 † plurimũ doctrina Bal. in l. fi. nu. 16. C. de pactis in illa quæstione renuntiationis factæ per filiam hæreditatis paternæ, an eo mortua extraneo hærede relicto filio suo in successione hęreditatis auinoceat, quam distinctione resoluit. Aut enim (inquit) filia illa mortua viuẽte patre, & dicto casu non est dicta renunciatio considerabilis, cum sit de iure tunc eidem non competente, aut præmortuo iam patre renũtiauit, & tunc illa renũtiatio habet vim pacti, & nepos per hæredẽ vniuersalem excluditur, & ille hæres vniuersalis videretur ius habere ex hæreditate matris ex tacita donatione ita Bald. ibi, & clarius in l. pactum dotali q. 8. nu. 8. C. de col. la. in illa quæstione, quando soror renuntiat hæreditati paternæ vni fratrum pręsenti, & acceptanti. An illi soli fratri dicta renuntiatio prosit, an vero omnes fratres debeant succedere, & Dinus cons. ibi allegato. 3. quod verius est sexto in ordine, respondidit omnibus fratribus prodesse & accreuisse, quem Bal. ibi sequutus est: tamẽ addidit, Bal. vnum verbum notabile ad nostrum casum, dicens hoc esse verum nisi appareat præsumptio donationis collatæ in fratrẽ illo recipiente, quia tunc illi soli fratri præsenti, & acceptanti proderit dicta renuntiatio, & donatio, & in aliis.

PAVLVS de Castro notabilius, † & expressius in eadem quæ- 106
stione Dini, & Bald. in d. l. pactum dotali, referens illud dictũ Dini, & Baldi cum dicta limitatione clarius explicuit, dicẽs quod si aliquibus coniecturis apparere posset, quod illa soror voluit suam portionem ex illa sua renuntiatione illi soli fratri præsenti, & acceptanti relinquere, & illi soli prospicere quia tũc illi soli proderit, & erit facta donatio, & non aliis. Et dixit amplius, certè si illa renuntiatio facta fuisset, postquam soror illa adiuisset hæreditatem, vel se illi inmiscuisset, ait esse sine dubio, voluisse illi donare, & donasse dictam suam portionẽ, & nõ haberet

locum determinatio Dini, quæ procedit quando renuntiatio facta esset ante acquisitam hæreditatem, & eo casu esset cum dicta declaratione Baldi, videlicet nisi ex coniecturis appareret, quod voluisset dictus testator dictam suam portioné illi soli fratri præsenti & acceptáti donare, quia tunc videretur prius
106 adiuisse,† & postea secundario renũtiare, & dare: ex regula l. ad rem mobilem. ff. de procurato l. ad legatũ illo eodem titulo, & ibi glos. & Doctores cum aliis traditis per Euerardum in tracta de cétum modis arguendi loco 95. à concessione consequétis. Hac Paulus de Castro, quæ nostro casui sunt conducibilia, quia si ex sola iurium renuntiatione facta fauore certæ personæ inducitur donatio, & translatio illorum in dictam personam, & multo magis quádo adsunt, & concurrunt coniecturę mentis donantis ad dictam donationem, & translationem inducendam, vt nostro casu concurrũt ex affectione, & seruitiis, & multo fortius quádo verbis quoque expressis fuit dictum transferimus, & gratiosê donamus.

ACCEDVNT prædictis duæ decisiones. Altera Iurisconsulti in. l. si sponsus. §. si mulier. ff. de iure dotium. Altera autem imperatoris in l. cum oportet. §. cum auté. C. de bonis quæ liberis in qua rum priori dicitur, si maritus hæreditatem sibi delatam repudiat donationis causa fauore vxoris, ait valere donationem, quia licet quo ad maritum sit repudiatio, & abdicatio, quoad vxorem tamé cui donare voluit, est donatio, & translatio, in alia vero posteriori, cum imperator nouissime statuisset, in bonis aduentitiis filiorum parentes non habere dominium in aliqua parte illorum, illud ab illis abdicádo, quod antea in tertia parte illorum habebant, in alio dictis parentibus prospiciendo, videlicet vsumfructum dictis parentibus in dimidia parte illorum (déptis Castrensibus, quasi Castrensibus) augendo, quem vsumfructum semper retineant, & penes ipsos parentes dictus vsusfructus remaneat, quamuis ipsos filios emancipauerint. Nisi (inquit) emancipatione huic præmio dicti vsusfructus specialiter renuntiauerint, vel donatione facta, ipsi parentes ab huiusmodo beneficiose alienauerint, & in dictos filios hoc trãstulerint manendo alias apud ipsos parétes, & tacentes, & illud retinendo, vt hoc casu, Rex præfatus Ioannes à dicto iure luendi se alienare voluit, & alienauit, silentium sempiternum sibi imponendo, illud tamen donatariis prædictis donando, & in illos transferendo.

QVÆ omnia † corroborantur ex hiis, quæ late & notanter tradic Ripa in l. naturaliter. §. nihil cõmune de acquiren. posse nu. 111. vbi in quæstione illa: An actor renuntian 107

do

do possessorio transferat dominiũ in reũ ibi in versic. donans inquit, quamuis non teneatur de euictione trásfertur tamen dominium in donatariũ,& deinde asserit, quod in transferendo dominio, tantum operatur diuisio, quãtum traditio l.qua ratione.§.interdum.ff.de acquir.rerum domi.§.venditæ.insti. de rerum diuis.si dimittens aut tradens fuerit dominus,& nume.seq. 112.vers.vel secundo ait, dimissio operatur translationem dominij, sicut traditio,quando fit ab eo, qui tenebatur rem tradere, & postea in versi.vel tertio.respondit,quod dimissio operatur idem,quod traditio ad trásferendum dominium in contractibus,vt sumus in dona-
108 tione.† Quæ dicitur & est contractus, iuxta glos.in l. si donationis Bald.& Alexand.ibi.C. quod Metus causa tex.in l. contractus de fide instru.& text. in l.fi.C.de pactis ibi donationem neque alium contractum Bald.in l.fi. c. de litigiosis Paul.consilio 100.& Decius in d.l. fin.c.de pactis notabi. 9. nume.10. & latè Loazes in d. cons. super loco de Mula in prima dubitatione tertio fundamento num.24.& 25. Et idem Ripa progrediens sub eodem num.12.in versi.vel aliter dicit,quod responsio Socini, de qua ibi,procederet, quando cum dicta renũtiatione litis simul cederetur reiuendicatio,quia tunc transferetur ius,& dominium in reum possessorem,& deinde sub num. 114. amplius adferendo duas limitationes in prima, & secunda notabiliter testatur, quod quando non sumus in simplici renuntiatione aut dimissione, sed cum illa concurrit cessio, aut translatio iurium, aut dominij, aut apparet dictam renũtiationem aut dimissionem fuisse factam causa inferendi translationem iuris & dominij, illud absque dubio transfertur, vt ibi Ripa has duas adfert limitationes, & bene ad propositum nostri casus. Et multo fortius cum fuerit etiã per dictum Regem Ioannem dictum transferimus,& gratiose donamus maxime in donatione, & translatione Regia dictorum iurium suo instrumẽto,& carta gratiæ mediante, inquibus absq. traditione trásfertur dominiũ, & absque cessione vt supra in præsuppositis sub n. 89.90.& 91.dictum, & probatum fuit.

PRAEDICTIS quoq. iungitur & aliud,quod licet solutione 109
simplici eius, quod debetur tollatur omnis obligatio, & extinguatur. §. 1.instit.quib. modis tollitur obliga.l.solutionem.ff.de solu.l.3. §.fi.ff.de duob.reis. Tamen si fiat solutio non simpliciter, sed tempore solutionis prædictæ antea vel post incontinenti, & multo magis in eadem scriptura creditor cedat iura sua,& actiones soluenti,vel sit actum inter creditorem, & soluentem de cedendo per dictum creditorem dicta iura sua soluenti sibi dictum, debitum vel in fauorem

alterius: licet quoad creditorem di cto casu dicatur, & sit sublatum, & extinctum ius, & obligatio, & actio. Non tamen dicetur, nec erit extinctum dictū ius, obligatio, & actio absolute. Imo respectu cessionarij prædicti permanserunt semper in esse, & in ipsos, & eorum successores translata, & trāsfusa: iuxta text. & glos. ibi in l. 2. C. de rebus dubiis in illo casu, si vnus ex correis debēdi soluerit totum debitum, quo liberantur omnes, vt in dict. l. 3. §. fi. ff. de duob. reis, est quæstio an cogatur dictus creditor iura, & actiones dicto soluenti cedere in totum, vel pro parte. Tamen si voluntariè cedat & transferat iura sua, & actiones, est expeditum iuxta dictā cessionem iura prędicta esse in dictum cessionatium translata, & sic in esse quoad dictum cesionariū semper permanētia: vt in dict. glos. in d. l. 2. C. de rebus dubiis ibi vel cessam, si fuerit cessa, & Bald. nume. 3. ibi. vtrum si vnus soluit in solidum, & non sunt cessa iura, & nume. 5. & Salicet. num. 4. & 5. distinguentes, vt ibi, supponentes, & firmantes, quod facta cesione habet cesionarius eadem iura, quæ creditor cedens habebat, à quo ex dicta cesione fuerūt sublata, & respectu illius, & quoad illum extincta, & hoc etiā tenet & firmat Barto. in l. Modestinus. num. 4. 5. & 6. per illum textum. ff. de solutio, in quo ibi, si ante solutionem cesio facta est, vel cū cōuenisset vt mandarentur, seu cæterentur actiones, tunc solutio facta est, & cesio subsequuta, ait Modestinus, saluas esse mandatas (hoc est, cessas) actiones, & Euerardus consil. 1. hoc etiam firmat, & Socin. consil. 200. vol. 2. quasi per totum, Negasan. de pigno. parte. 5. mēbro. 3. nume. 15. & in aliis, & notabiliter Bero. in loco extraordinario in c. si quis presbyterorum. nu. 44. versic. redeo ad primam conclusionem, extra de rebus Eccle. non alienam, quod est etiā nostro casui plurimū cōueniens, cum præfatus Rex Ioānes, licet dixerit: *Liberamus, absoluimus, & quitamus.* & absq. aliquo nexu, & obligatione, remissione, & relaxatione, intelliguntur omnia illa verba respectu præfati Regis Ioannis concedētis, & eius successorū, non vero respectu donatariorum. Et quia in dictis verbis nō persistit Rex præfatus, sed vlterius progrediens dixit, vt dictum ius luēdi nobis competens, & competere potens in prædictis, & circa ea transferimus in vos & vestrum quemlibet, eaq. vobis gratiose donamus, ergo respectu donatariorum prædictorum, non potest dici ius prædictum extinctum, sed potius in esse permanens, & in eos transfusum & translatum: vt latè dictum & probatum extitit in fundamentis omnibus supradictis, & inferius proponendis.

SEXTO vltra iam dicta & magis illa comprobando ex dicta donatione supra sub numer. 15. recitata & contenta, quam præfatus

Rex Ioannes fecit in primo illius versiculo sub cōmemoratione vēditionis Regis Alfonsi cum dicta reseruatione iuris luendi, & augmenti pretij illius, & assertionis expressę his verbis (sumusq. insuper certi, quod ex iustis & legitimis titulis dicta Castra, & loca deuenerunt de dicto emptore in dictum Remirū, & de dicto Remiro in vos dilectam Domnam Contesinam de Funes filiam dicti emptoris, & vxorem vestri dicti Maiordomi nostri Ioānis Villalpando, qui dicta Castra, & loca possidetis.) Et consequēter sciebat Rex prædictus vincula in titulo
110 dicti testamēti † dicti Remiri contenta, quo solo titulo dicti testamēti apparente, & non alio titulo, de quo non constat, illa possidere dicebantur: iuxta text. in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. & testantur Decius cōsi. 179. in fi. Aymo. consi. 255. num. 3. cum aliis vulgaribus, & partes etiam hoc confitentur.

IN secūdo versiculo dictæ donationis ibi. (Nos vero) ait rex respectum habentes ad grata & accepta seruitia, quæ vos dictus Maiordomus noster nobis præstitistis, & quotidie præstare nō desinitis, circa nostrum seruitium die ac nocte indefese desudando, de certa sciētia, & cōsulto, liberamus, absoluimus, & quitamus vos & vestrum quemlibet, & cuiuslibet vestrum successores, & prædicta Castra, & loca à prædicto iure luendi, in prædictis pertinenti, & pertinere debenti. Et prædictum ius luendi nobis competens, aut cōpetere potens in prædictis, aut circa ea, hac præsenti carta perpetuo valitura, transferimus in vos dictos coniuges, & vestrum quemlibet, eaq. gratiose donamus, de quibus in præcedentibus fundamentis latè dictum fuit. Et addens ait, volentes & scientes, quod vos & vestri successores in prædictis Castris, & locis habeatis, teneatis, & possideatis dicta Castra, & loca, & alia prędicta libere, potenter, irreuocabiliter, & pleno iure, & absque aliquo nexu, & obligatione dicti iuris luendi nobis competentis, & cōmpetituri. Imponentes nobis, & successoribus nostris silentium sempiternum in & super dicto iure luendi. Mandātes, &c. ne prædicta ratione dicti iuris luendi vobis dictis coniugibus, aut alicui vestrum quæstionē moueāt. Imo vos libere, irreuocabiliter, & pleno iure dicta Castra & loca, & alia prædicta possidere vos sinant.

ET in tertio & vltimo versiculo prosequēdo, & declarando dixit amplius. Hanc itaq. remissionem, donationem, & relaxationem facimus, & concedimus vobis dictis Ioanni de Villalpando, & Contesinæ coniugibus, vt superius continetur: prout melius dici, scribi, intelligi, & excogitari posit ad omnē vestri & vestrorum bonum, sanum & sincerum intellectum, promittētes & iurantes, non reuocare ratione aliqua, &c. vt in dicta donatione supra sub. n. num. 15. continetur.

EX quibus(vltra dicta priora verba supra in dicto secundo versiculo contenta,transferimus,& gratiose donamus, quibus diximus,& probauimus fuisse factam donationem dicti iuris luendi, & dominiū illius translatum in dictos donatarios,& sic quoad ipsos,& eorū successores non fuisse illud vllo modo extinctum,licet quoad dictum Regem,& eius successores aliud videretur,)ex aliis verbis.versic.proximi,tertij,& vltimi,idem quoque inducitur & probatur, ibi, hanc itaq. remissionem,donationem, & relaxationem facimus, & concedimus vobis, &c. quæ verba cum adiecta sint in dicta carta Regia & titulo Regio apto ad transferendum dominium sine traditione rerum corporalium,& iurium incorporaliū,& sine cessione, & sic nostro hoc casu dicti iuris luendi existentis circa dicta loca,& Castra penes dictos donatarios existentia dicto domino Regi competentis,vt supra in principio huius dubij in præsuppositis, ibi adductis dictum est latè & probatum.Ex prędictis(inquā)† verbis
111 cōcedimus remissionem prædictā, & sic dicti iuris luendi, inducitur hoc casu præfati iuris dominij trāslatio in dictos donatarios prædicta acceptantes, ex quo Rex præfatus existens dominus dicti iuris luendi remissionem,donationem, & relaxationem illius fecit & concessit in fauorem dictorum donatariorum, pręexistēte dicta causa habili,prout existebat ad transferendum dominium dicti iuris luendi:ita pulchre ex vi & natura dicti verbi concedimus testatur Aretinus in allegato consi.195.numer.15.& 16.qui postquam de verbo Dare,quod dixerat sine dubio esse dominij translatiuum,idem de verbo cōcessit in nostro hoc casu,existente causa habili ad transferendum dominium respōdit,& de aliis similibus.& Natta etiam idem asseruit consil. 446. num.5.volu.3.gloss.in l. fin.in verbo portionibus.ff.de donatio.&notabiliter Menoch.consil.229.nu.6. volum.3.Et idem dicitur de verbo dare & donare, à quo dictum nomen donationis deriuatur,vt supra dictum fuit.Et similiter † de verbo 112
relaxare,à quo nomen illud relaxationis deriuatur respōderunt Natta in d.consil.446.num.5.vol.3.& notanter Menochius d. cōs.229.n.6. vol.3.Atque ita cum præfatus Rex Ioannes dixerit,facimus & concedimus prædictas renuntiationem, donationem,& relaxationem prædicti iuris luendi in fauorem certarum personarum,scilicet,dictorum Ioannis Villalpando,& Contesinæ de Funes cōiugum donatariorum: fuit in illos translatum dominium dicti iuris luendi: ex quo sequitur, quod nō potest dici, nec est quoad ipsos donatarios ius prędictum extinctum.

QVOD & septimo etiā ostenditur,& comprobatur ius prædictū luendi non fuisse extinctum,quoad dictos donatarios, sed in esse semper

per efficax existens,quoniam con-
stat dictam cócessiónem donatio-
nem , & translationem fuisse fa-
ctam non solum copulatiuè, & col
113 lectiuè , †dictis coniugibus , sed e-
tiam sub dictione distributiua,ibi,
transferimus in vos , & vestrum
quemlibet, quæ dictio , quemlibet
vestrum,ex sui natura distribuit a-
ctum vnicuique illorum insolidū:
iuxta textum in l.si pluribus de le-
ga.2.l.non distinguemus.§.cum in
plures.ff.de recep.arbitris,& in il-
lis textibus Doctores Barto. & alij
in l. hoc articulo. ff. de hæredi. in-
sti. Iason latè in l.si mihi , & Titio.
ff. de verbo. obliga.Socin.consilio
50.volumine 1.Paris. consilo 49.
numero 3. volumine 2 . Decianus
consilio 73.numero 16.volumi. 2.
& alibi, & sic fuit insolidum con-
cessum dictum ius luendi, datum,
& in dictum Don Ioannem Villal
pando translatum,qui non erat do
minus dictorum castrorum, & lo-
corum , sed dicta contesina ex te-
stamento Remiri de Funes eius fra
tris.

E T etiam quod contemplatio-
ne illius extitit facta , quia erat
præfati Regis Maiordomus , &
propter seruitia per eum dicto
Regi facta , vt idem Rex expres-
se asseruit , ibi : Nos vero respe-
ctum habentes ad grata , & acce-
pta seruitia, quæ vos dictus Maior
domus noster, &c. cuius Regis as-
114 sertioni de dictis seruitiis,†& bene
meritis est standum, & plene credi
tur iuxta clementinā vnicam de
probatio,& latè probarunt Aymo.
de antiq. tempo. prima parte ses-
sione.Propositum numer. 3. & se-
quent. & Loazes in dicto consilio
super loco mula dubitatione pri-
ma fundamento tertio nume. 45.
& sequent.loquens in alia donatio
ne simili eiusdem Regis Ioannis,
& Decian.consilio 25.numero 37.
& sequent. volumine 1.cum simus
inter personas permissas.† Et quā- 115
do essemus inter personas prohi-
bitas , (vt non sumus ,) idem esset
quantum ad concedentem,& eius
successores secundum Iasonem in
dicto consilio 154.versiculo quar-
to volumine 2. & in l. frater à fra-
tre colu.penult.de condit. indebit.
Decia. consilio 25.numero 38.vo-
lumine 2.Loazes in dicto loco nu-
mero 52. † Et etiam in alio casu 116
quando cum dicto concedentis as
sertione concurrisset aliqua conie
ctura,vt nostro hoc casu quoq.cō-
currit,quia,vt dixi,erat præfati Re
gis Maiordomus , & consiliarius
prout ita etiam testantur idem Ia-
son in d.cons.154.vers.quinto vol.
2.Decius cons.20.col.3.Rui.consi.
175. versi. nec etiā prædictis obstat
volu.1. Paris. consi.90.vers.stante
itaq.volu.3.Loazes d. loco nume-
ro 53. cum ibi allegatis. † Et licet 117
hoc casu verba fuerint etiam dire-
cta in dictā Contesinam vxorem
dicti Don Ioannis Villalpando ;
non videntur illa consideran-

da, nec attendenda, sed principaliter, & solum persona dicti Don Ioannis Villalpando, vt maiordomi, & consiliarij præfati Regis, & qui seruitia præfatio Regi fecerat, & prædicta Rex considerauit, & personam dicti Don Ioannis fuit contemplatus ad dictam concessionem, & donationem faciendam vt clare Rex asserit. Vt in quacunque concessione persona cuius contemplatione principa

118 liter facta apparet, † non in quam diriguntur verba attēditur. l.si cui §.si Titio vbi Iason de lega. 1. & in l.si legato.§.si testator eodem titulo Bald.in l. cum oportet nume.4. C.de bonis quæ libe.Roma consil. 32.Barto.& Iason in l.sed si plures. §.cum substitutos de vulga. Paris. consilio 5.nume. 26. vol.1.Aymo. consi.91.num.6.dicens non esse inspicienda verba donationis, sed cuius contemplatione donatum est. Socin.cons.33.col.fin. versi. & hoc maxime volu.3. Ripa in l.in quartā num.205.ff.ad l.Falci.Decia.consi.32.numero 120.volum.2.Menochi.consilio 81. num.43.volum.1. quāto magis, quod propter illam distributiuam, & quemlibet vestrum, fuit insolidum totū dictum ius luendi concessum, & datum dicto Don Ioanni Villalpando, & in illum translatum vt prædiximus,

119 † & illius respectu nō potest vllo modo dici dictum ius luendi extinctum, sed potius propter seruitia, & benemerita illi donatum, & in illum donatione inter viuos efficaciter translatum secundum Bal. in l.si mortis. C.ad l. Falcid. Tiraquell.in l.si vnquam in verbo largitione numero 47.& 53. Roland. consilio 61.numero 42.volu. 2.& Menochi.libr.3.præsump.35.num.

13. Alioquin inanis, † & frustratoria illi videretur dicta cōcessio, quod nō est dicendū cōtra l. si quādo de lega.1.vbi Iason, & alij Doctores de lega.1.Aymo.consilio 91.numero 5.consilio 272.numero 7.consi. 294. & consilio 735. numero 24. & Menoc.consil.141.& cū priuilegio.consi.19.num.8.vol.1. 120

OCTAVO comprobatur amplius dicta veritas, quod ius prędictum luēdi non fuerit per dictam scripturam Regis Ioannis extinctum quoad dictos donatarios præsertim quoad dictum Don Ioannem, ex illis verbis versiculi secundi dictę donationis, ibi, volentes, & sancientes, quod vos & vestri successores in prædictis castris, & locis, habeatis, & possideatis dicta castra, & loca, & alia prædicta, libere, potenter, irreuocabiliter, & pleno iure, sub quibus inclusum fuit, & comprehensum ius prædictum luendi, de quo iam antea prædixerat, illud gratiose donando, & in dictos donatarios transferendo, sunt etenim verba, & alia prædicta, relatiua, † & restrictiua ad ea, quæ dicta iam fuerunt in l. qui liberis. §.hæc verba.ff. de vulga.vbi Doctores, & Decian.consilio 18.num.9.versi. cum ergo.Rui. consilio 121

consilio 39. num. 11. versic. non obstat volumine 1. Aymo. consil. 98. num. 8. Menochi. consi. 358. nume. 41. Et dictum ius luendi inclusum sub dictis verbis est diuersum distinctum, & separatum à dictis lo-
122 cis, & castris, † vt coniuncta copula illa, &, ostẽdit. Cuius natura est diuersa, & distincta cõiungere, & ponitur inter distincta, diuersa, & separata l. vltima. C. per quas personas. c. querelã de Simonia, Dinus, in regula. 3. de regul. iur. lib. 6. glos. in rub. de iur. & facti ignoran. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune numero 12. de acqui. posse Parisi. consilio 7. numero 30. volumine 3. & Decian. consilio 25. numero 16. volumine 2. cum aliis. Et sic cum dicatur, habeatis, & possedeatis dicta castra, & loca, & addatur, & a-
123 lia prædicta, † & inter alia, prędicta fuit dictum ius luendi diuersum à dictis locis, & castris, quod ius dicitur quoque haberi. §. 1. institut. de actio. iuncta regula, qui actionẽ habet de reg. iur. & posideri seu quasi, cum in iure incorporali detur quoq. possessoriũ vt supra in quarto fundamento nu. 102. probauimus. Ergo dicendo, quod dicti donatarij habeant, & posideãt dictũ ius luendi, noluit illud esse extinctum, sed potius voluit illud esse permansurum quoad ipsos donata-
124 rios, & eorum successores, † vt est etiam proprium beneficij à principe concessi illud debere esse permansurum regula decet vbi Dinus de regulis iur. lib. 6.

QVOD conformatur, quia post dicta verba habeatis, & posideatis dicta castra, & loca, & alia prædicta, sub quibus diximus ius prædictum luendi fuisse inclusum, ponuntur alia verba, quibus magis declaratur dictum ius non fuisse extinctum quoad dictos donatarios, sed potius in dictos donatarios translatum, videlicet, † libere, 125
potenter, irreuocabiliter, & pleno iure, ponderando aduerbium illud libere, quod significat, & importat vt res sine vlla diminutione, & contradictione sortiatur effectum secundum Iasonem in l. 1. numero 3. C. de Sacros. Eccles. in verbo. adde, quod iste terminus libere, includit disponendi facultatem ex dicta l. 1. ibi liber sit stillus, & in concessione principis (vt sumus) plus vltra quam de iure cõmuni importat, quod oportet esse mensurum, & ita non extinctum dicta regula decet vbi Dinus, & Iason in dicta l. 1. numero 14. de Sacrosanct. Eccles. & Ruin. consilio 1. numero 21. volum. 1. & consilio 121. volumine 2. numero 2. & Aretinus consi. 76. num. 3.

Ponderando † etiam aliud ad- 126
uerbium potenter à verbo posse deriuatum, quod denotat tempus præsens & futurum, & ex sui natura est extensiuum l. si ita scripsisset de legatis secundo, & firmarunt Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres de verbo. oblig. DD. in

l.Gallus delibe. & posthu. Alexan. consi.13.num.6.volumine.5.Ruin. consi.1.numero 20.volumine 1. & Menochius consilio 335.nume.29. volumine 4. Igitur illud posse datum,& concessum per dictum Regem Ioannem dictis donatariis de-
127 bet esse circa ens; † & ius aliquod existens, non vero extinctum penitus; quod amplius non diceretur, nec esset ius, nec potentia aliqua, quæ non esset ad actum reducibilis l.quæsitum.§.illud fortassis. de lega.3.Decia.consil.88.numero 14. volumin.2.quia non entium nullæ sunt qualitates, virtutes, neq. potentiæ l. eius qui in prouintia. §. si stipulatus vbi Iason,& alij Doctores.ff.de rebus credi.

CONSIDERANDO si-
128 militer aliud aduerbium, † irreuocabiliter, quod præsupponit ius existens, & reuocabile iuxta titulum de reuoca.dona.quia priuatio præsupponit habitum, vt supra diceba mus: ex l. decē stipulatus vbi Iason de verbo. obliga. Et in terminis de dicto aduerbio irreuocabiliter responderunt Ruin.consl.84.num. 12.volum.1.& Menoch.lib.3.præsump.35.nu.16.dum scripsit, quod si fiat donatio etiam expressa causa mortis, si fuit additū (irreuocabiliter) erit donatio inter viuos efficax,& non reuocanda,nisi per superuiuentiam filiorum, supponēs illud datum esse in donatarium translatum.

SVNT quoque ponderanda alia verba vltima (& pleno iure) quibus significatur, ius illud luendi, quod per dictum Regem Ioannem dabatur, & trāsferebatur in dictos donatarios non esse quoad ipsos extinctum, sed in esse permansurū, & in illos dominiū dicti iuris trās-
latum, † quia alias nō diceretur ple- 129
num ius, cum aliquid illi deesset, quanto minus si omnino, & totaliter desiisset, & esset extinctū vt inquit Iurisconsultus in l. huiusmodi.§.ædes vbi Iasson num.4.de lega.1.Ruin.consi.89.num.12. vol.1. Paris.consi.45.nume.1.& 2.volu.3. & donatio facta pleno iure dicitur facta cum absoluta, & libera alienādi facultate, vt ibi per Iasonem, & ita etiam respōderunt Dec.consilio 468.num.10. & 11. & consilio 498.num.10.Ruin.consl.1.num.21 & in d.consl. 121. num.2.volu.2.& Menochi. consilio. 21. numero 5. volumine 1.

NONO ex alio euidenter demonstratur ex dicta concessione præfati Regis Ioannis, fuisse dictū ius luendi donatum effectualiter, & in dictos donatarios trāslatum, & in esse permansurum, & nullate-
nus extinctum. † Quoniam est fa- 130
cta mentio successorum dictorum donatariorum in versiculo secundo, dum Rex prædictus dixit volentes, & sancientes quod vos, & vestri successores, & in versic. finali, ibi ad vestri, & vestrorum, &c. siue successores vniuersales, siue particulares intelligantur. Idem etenim

nim vtroque casu esset, quoad nostrum casum, cum successor etiam particularis succedat in iuribus, & actionibus actiuis, & passiuis, & dicta iura in illos trāsferātur l. dolia §.1.ff.de cōtrahen.emptio.l.si à te. §.fi.& l.si mater.§.item Iulia. & §. fi.ff.de except.rei iudi.l.in conuentionalibus.ff.de verb.signi.l.fi.C. de hæredita.vel actio vendita vbi glo.& Doctores, & tex.in.l.si tibi. §.pactum cōuentum.ff.de pactis, & testantur Decius cons.4.nume. 4.& 5.volumin.1.Et quamuis hæredes, & successores iam intelligebantur etiam nulla facta illorum
131 mentione † l.si pactum.ff.de proba.l.iuris gentium.§.pactorum.ff. pactis.l.veteris.C.de contrahen.
132 vel committ.stipula.† Tamē data potentia cessionis dicti iuris luendi (vt supra in primo præsupposito sub num.89.ex omnium opinione probauimus,) quando est facta successorum mentio venit etiam successor particularis, & singularis ad quem etiā (vt diximus,) fit dicti iuris translatio, vt etiam Iason asserit in consi.92.col.fi.& nu.5.volu. 1.cum ibi allegatis, est expeditum hoc casu, dictum Regem disponentem, & concedētem noluisse cum personis dictorum donatariorum, quibus ius prædictum concedebatur, & in quos transferebatur, illud extingui, sed potius posse ad dictos eorum successores transire, alioquin vbi esset extinctū nō essēt dabiles successores in iure, quod non esset: contra mētem apertam, & verba præfati Regis concedentis.† Atque ita cum voluit illos ha 133
bere in dicto iure successores, voluit etiam per consequens, vt de dicto iure disponendi potestatem haberēt, ergo non fuit extinctum: vt firmarunt Ruin.in dictis consili.1. numero.21.volumi.1.& 121.nu.2. vol.2.& Bald.in l.2.col.3.num.4. versi.quid enim C.de iure doti Aretin.consi.74.num.5.versi.tertio moueor, & Dec.in l.non omnis numero 8.de reb.credi.Aymo.consilio 214.num.18.& Rolandus consilio 61.numero 37.& 38.& nume. 63.dicens communem cum Menochio libro tertio præsumpt.35.nu. 7.qui prædictos, & Alex.Iaso.Soc. Andræā ab Exea.Ferra.Ripá, Boeri, Alcia.Riminald.& Couarruuiá allegauit, asserentes omnes prædicti ex dicta adiectione hæredum, aut successorum in donatione, etiam adiecta causa mortis, censeri illam inter viuos efficacem, & irreuocabilem, & non causa mortis.

ET quamuis nonnulli alij Doctores contrarium in illa specie tenere voluerint, vera illorum opinio non est, cum communis sit in contrarium secūdum Rolandum, & Menochium locis prædictis, & licet vera esset illorum opinio ex aliis coniecturis, quæ cōcurrissent, procederet solum eo fine, & respectu in terminis iuris communis, vt posset reuocari, non vero quominus transeat ad dictos hæredes, & successores expressos, & nomina-

tos ad quos sine dubio transiret, si non esset reuocata in terminis iuris communis. Ita nostro hoc casu
134 non fuit reuocata, nec poterat, tũ † ex verbis dictę donationis, ex pacto ibi adiecto de non reuocando, & iurameto, vt per Menochiũ dicto loco, tum quod in Aragonia est irreuocabilis, ex obseruãtiis expresis, & Moli. refert in suo repertorio, in verbo donatio, ita pulchre in specie & acute, quod solum esset res-
135 pectu reuocationis, nõ vero † vt ad hæredes, & successores non transiret respondit Aimo. in allegato cõsilio 214. num. 8. versi. sed ista con-
136 sideratio. Alioquin † frustra esset facta metio successorum respectu dictæ regiæ concessionis, si ius prædictum esset extinctum, quod non est dicendum: iuxta d. l. si quando de legat. 1. vt supra in septimo fundamento in fi. sub num. 120. in illa cõsideratione ibi adducta, dictũ fuit.

DECIMO prædicta omnia comprobantur amplius, abundantius, & Clarius, ex aliis verbis tertij, & vltimi capituli dictæ Regiæ concessionis ad dictos donatarios, & eorum successores directis. Videlicet, prout melius dici, scribi, intelligi, & ex cogitari posit, ad omnem vestri & vestrorum, bonum, sanũ, & sincerum intellectum, facta repetitione, vt fieri debet in quolibet ex dictis infinitiuis ad verbum posit, a quo reguntur: & cum dicto adiuncto, & comparatiuo melius, & relatione semper facta ad dictos donatarios, & eorum successores, & cũ dictione vniuersali respectiue,
137 hoc modo, † prout melius scribi posit ad vestri & vestrorum omnẽ bonum, sanum, & sincerum intellectũ, & prout melius dici posit, ad omnem vestri & vestrorum, bonũ, sanum, & sincerum intellectum, & prout melius intelligi posit ad omnem vestri, & vestrorum bonum, sanum, & sincerum intellectum, & prout melius excogitari posit ad omnem vestri, & vestrorum bonũ, sanum, & sincerũ intellectum. Atita scriptum in dicta concesione voluit præfatus Rex esse, & interpretari, prout fuerit melius dictis donatariis, & successoribus illorũ. Et quia aliquando fuit plus dictũ,
138 quam † scriptum hoc quoq. voluit idẽ Rex esse, & interpretari, & melius esset dictis donatariis, & eorũ successoribus: vt Papinianus Iurisconsultus in l. cum Auus. ff. de condi. & demonstr. in aliis fortioribus terminis, vbi nulla aderant verba ex quibus posset mens disponentis colligi, sed sola interpretatione Papiniani approbata per Imperatorem & extensa in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & in l. generaliter in §. cum autem C. de institut. & substituti. Quanto magis nostro casu existentibus prædictis verbis expresis. Et quia aliquãdo potuit, & potest plusquam fuerit scriptum & dictum, intelligi hoc etiam quod amplius posset intelligi voluit esse, & interpretari, idem Rex prout fuerit melius dictis donatariis, & suis suc-

successoribus. Et demum cum aliquando, vltra quam esset scriptum dictum & intellectum potuit, & potest plus excogitari hoc quoq. amplius extendendo, & ampliando ad fauorem & vtilitaté dictorum donatariorum, & successorum illorũ voluit, & expressit rex præfatus, vt sit & interpretetur, quo melius possit ex cogitari ad dictorum donatariorum, & successorum eorum omnem bonum, sanum, & sincerum intellectum, vt factum fuit. Quibus

139 † donatariis, & successoribus suis voluit, & potuit rex declarationem suæ voluntatis, & mentis, & contétorum, ac verborum prædictorum comittere iuxta doctrinam Bartol. in l. Theopompus. de dote præleg. Mantica. de coniectu. lib. 3. titulo 1. nu. 16. Et dicti verbi (potest) signi-

140 ficatio † iuncto infinitiuo absq. aliquo adiuncto est lata, & extensa cõprehendens ea, quæ alias non continerentur: secũdum Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 6. ff. de verbo. obliga. Curti. Iunior. consil. 49. num. 13. in fi. & num. 14. ibi apparere posset, & melius consil. 23. nu. 2. & 3. Aym. consi. 105. num. 4. versic. quinto pondero.

QVANTO magis existenti-

141 bus dicta clausula & verbis, † quæ scribi, dici, intelligi, & excogitari posit, quorum natura efficatia, & effectus est latior propositione vniuersali, quę ad summum potest vsq. ad ea cõsiderari, quæ possent excogitari, & nõ vltra, maxime, quod & hic quoq. est, & cõcurrit vniuersalis propositio ex dictione illa (ad omné) iuxta text. in l. omnis, & ibi Alex. Iass. & Deci. ff. de reb. cre. cũ aliis, prout ita pulchre, & eleganter firmarunt Aym. consil. 294. nu. 1. versi. & primo considero. Vbi laté

† propositionis vniuersalis naturá ac vim prosequitur: dicés inter alia & concludens ad nostrũ casum eá esse, vt omnia includat, quæ dici & excogitari posint: ita vt nõ sit quid amplius, nec plus vltra, quam quod sub dicta clausula excogitari potest operari queat. Et etiá in versi. itaq. & n. 6. versi. quarto cõsidero, & cõs. 105. n. 3. & consi. 209. nu. 6. & cõsil. 217. nu. 13. & Paulus de Castr. in l. tres fratres n. 6. ff. de pactis: ait verba vniuersalia trahi etiá ad incogitata, & Barto. in l. ab Aurelio. §. caius de libe. lega. col. fin. dicit quod licet transactio non porrigatur ad incognita: tamen fallit nisi verba contrahentium hoc dictarent, qué refert, & sequitur Alexan. cõsil. 42. nu. 15. volu. 1. qui expressius asserit, quod verba instrumenti transactionis, & absolutionis, etiam quibuscunque aliis causis, & rationibus cognitis & incognitis, & quæ excogitari possunt. Et si quid esset inter partes, quod dici posset per ipsas partes non excogitatũ, vel deductũ non fuisset, censeretur hoc quoque inclusum, & DD. in l. sub pretextu. C. de trásact. & Curt. Iun. cõsil. 49. num. 12. dum scripsit, quod si in diuisione promittant cõtrahentes nõ cõtrauenire aliqua ratione, quę excogitari possit censetur renuntiatũ 142

fidei-

fideicómisso de futuro, quod alias remissum non foret.

143 Et de dictis verbis, vt † melius dici possit, & intelligi, loquitur, & respondit ad casum eleganter subtilis Decius in duobus cósiliis. 614. nu. 4. & 5. & 680. numer. 2. & 3. qui in vtroque loco eademq. specie concessionis & donationis, quasi nostræ similis per Regé Martinum factæ cuidam Gerardo, & suis successoribus propter eius grata seruitia ad naturá feudi more Italiæ, & vt melius dici potest, & intelligi ad dicti Gerardi, & suorum saluamentũ & intellectũ, quæ sunt verba illius formalia. Et quáuis alia verba ibi ponuntur ad vendendũ, dandũ & alienandũ, &c. fuerunt illa adiecta, quia illa concessio, & donatio erat in feudũ more Italico, & ad maioré declarationem tollendi & declarandi qualitatem feudi. Tamé Decius ibi fecit primũ, & efficax fundamentũ ad dictam concessionem & donationé firmandá: ponderando illa priora verba: & vt melius dici possit, & intelligi ad dicti Gerardi, & suorũ saluamentum, & intellectũ: prout nostro hoc casu dico illa infinitiua cũ illo comparatiuo, melius dici & intelligi possit quoq. adfuerunt. Et amplius quia in casu Decij alia duo infinitiua cũ dicto comparatiuo, melius cócurrerunt, melius scribi, & excogitari possit, & cũ dictione vniuersali ad omné bonum, sanum & sincerum intellectũ, vestri & vestrorum: & sic plusquam alia infinitiua operantur, & includút, vt supra probauimus. Præsertim cum sint quatuor infinitiua quadruplicata cũ dicto cóparatiuo melius, & cũ verbo possit fuerút dicta & apposita, quę pl' & magis enixe voluntaté, & mené præfati regis demóstrant & declarát, vt Aymo. in dicto cósi. desuper recitato 294. nu. 1. versic. primo cósidero in dicta multiplici repetitione verborũ vim quoque fecerat, vt supra in alio dubio sub nu. 43. làtè dictũ fuit. Et vt Decius ibi póderat quoq. benemerita, & seruitia dicti Gerardi erga præfatum Regem Martinũ, sicq. dictam cócessionem & donationem, ait fauorabilé & extédédá ad merũ fauorem & vtilitaté pręfati Gerardi donatarij & eius successorũ: pariter & multo fortius nostro hoc casu cũ concurrerent quoq. seruitia, & benemerita præfati Ioannis Villalpando, & sint verba latiora, quá in casu Decij dicendũ est, dictá Decij opinionem & sententiá esse nostro casui maximè adaptatam.

PRAETEREA iungũtur prędictis, & plurimũ cóferunt, † ea quę per Menochiũ notabiliter adducũtur. cósi. 282. n. 20. qui in quadá donatione facta per quendá Iuchinũ iuriũ, quæ sibi in posterũ expectare possent quauis causa, quæ dici, & excogitari posset, respódit dicta verba nó restringi ad iura, & lucra pręsentia, aut acquisita de præterito, sed cóprehendi quoq. futura, & incognita: volens dictus Iuchinus ex dictis verbis se ipsum excludere à iure vsusfructus, de quo ibi, quod 144

potuit

potuit excogitari, quáuis tunc incognitum erat sibi cópetere, inter alia Paul. de Castr. Alex. & Curt. Iun. de super allegatos recitãdo. Et idẽ Menoch. lib. 3. præsumpt. 35. num. 14. in donatione facta causa mortis expressa, quæ est regulariter causa mortis, si tamen in dicta donatione adiiciantur verba omni meliori modo & forma, quibus melius donator potuit: erit inter viuos efficax rerũ, aut iurium donatio: ea ratione, quia melior est modus donationis inter viuos, quæ renouari nõ potest, quã causa mortis donatio reuocabilis Corneũ, Aym. Rolandũ, Parisiũ, & Riminald. Iun. idẽ respõ
145 dentes allegãdo. Eodẽ modo† imo à fortiori nostro hoc casu, in quo dixit Rex in dicta sua concessione, & donatione. Et prædictũ ius luendi nobis cõpetens, aut cõpetere potens in prædictis, aut circa ea hac præsenti carta perpetuo valitura trãsferimus in vos dictos cõiuges, & quemlibet vestrũ, eaq. vobis gratiose donamus, quã facimus, & concedimus vobis dicto Ioanni de Villalpãdo, & Cõtesinæ cõiugibus, vt superius cõtinetur, prout melius dici, scribi, intelligi, & excogitari possit ad omnẽ vestri, & vestrorum bonum, sanũ, & sincerũ intellectũ, erit donatio, & translatio præfati iuris luẽdi efficacis, & permanẽtis in dictos donatarios, & eorũ successores: non vero quoad ipsos extinctũ, quia hoc est melius præfatis donatariis, & cuilibet eorũ, vt dictũ ius nõ sit extinctum, sed possint de illo disponere & adueniente casu, quo dicta D. Contesina moreretur sine filiis masculis posset dictus D. Ioãnes & sui, & successores dictę D. Cõtesinæ volẽtes vti, & vtentes dicto iure luẽdi se defendere contra substitutos & vocatos ex testamẽto Ramiri ad dicta Castra & loca, illa petere & reuocare volẽtes. De quo iure alias (si dictũ ius luendi esset totaliter, & quoad ipsos donatarios extinctũ) disponere nõ possent, & esset ipsis non melius, sed peius scriptũ, peius dictũ, peius intellectũ, & peius excogitatũ, & nõ esset bonus, sanus, nec sincerus intellectus, sed potius malus, insanus, & fatuus intellectus, & prorsus insani & fatui, cuiuscũq. hominis, quod esset contra mentẽ claram, & verba expressa prædicta præfati Regis concedẽtis. Atq. ita cũ dictus Rex † suã mẽtem 146
& voluntatẽ declarauerit ex prędictis verbis, vt melius dici, scribi, intelligi, & excogitari posset ad omnẽ bonum, sanũ & sincerum intellectũ dictorũ donatariorũ, & successorũ illorum: nõ est alia dicti disponentis declaratio melior, nec contra illã admitti potest: secundũ Bal. in auth. nisi rogati. n. 9. ad Treb. Alexãd. cõs. 52. n. 26. vol. 4. Paris. cons. 1. n. 22. in fi. cons. 3. n. 53. vol. 3. Dec. consi. 88. n. 6. & 16. vol. 2. Bal. cons. 301. lib. 5. quẽ refert, & sequitur Aymo. consi. 135. n. 36. Maxime, † quod 147
postea fuerũt per eundẽ Regẽ Ioãnẽ confirmata ex quadã sua epistola ad suũ fiscũ missa, qua dixit se fecisse gratiam & mercede de dicto

 iure

iure luendi dictis D. Ioanni Villalpãdo & Cõtesinæ cõiugibus, prout inquit latius in dicta carta & priuilegio illud calendãdo, ad quod nos referimus, continetur. Et sic omnia verba prædicta fuerunt iterũ repetita per dictũ Regem cum relatũ sit, in referente. l. ait prætor. §. si iudex de reiudi. l. esse toto. ff. de hæredib. instit. l. institutio. de condi. insti. l. si ita scripsero. de condi. & demonst. Bal. in l. si defensor. §. qui interroga t' de interrog. actio. Dec. cõs. 647. n. 2. & Tiraqu. in l. cõnubia. glos. 5. nu. 176. cũ seq. & alibi. Et hic quoq. possunt iũgi, quæ supra de geminatione, & repetitione diximus, quibus enixius voluntas disponentis demonstratur.

VNDECIMO prædicta comprobantur ex duabus iuris regulis
148 vulgaribus. Altera, quod † dicta cõcessio dicitur, & est beneficiũ principis, & Regis Ioannis, quod ex sui natura est ad cõmodum illorũ, quibus cõceditur latissime interpretãdũ. l. beneficium. ff. de cõsti. princip. vbi Iass. n. 1. latè post alios, & in c. cũ dilecti extra de donationibus, de quo supra. Altera, quod est mera in
149 ter viuos donatio & efficax, † quæ similiter, & fauorabilis, & latè interpretãda ad dictorum donatariorũ, vtilitatẽ, & dispositionem: ex textu ad casum notãdo in c. cũ dilecti extra de dona. vbi cũ quidam quasdã terras Ecclesiæ, cuiusdã monasterij simpliciter donasset, & post modũ donata eidẽ monasterio alia terra, sub pẽsione annua ea cõditione & pacto, quod si non solueretur dicta pẽsio, posset in forestã redigi, & cũ deinde monasteriũ in solutione dictæ pẽsionis defecisset, & hæres illius donatoris vellet omnes illas terras donatas in forestã redigere, vti in fine dicti instrumẽti donationis de foresta constituenda dicebatur, dicto monasterio cõtrariũ prętendente, & asserente, dictum donatorem non intellexisse forestam fieri vllo modo de prioribus terris donatis, Summus Põtifex decidit, pro monasterio esse pronuntiandũ, mẽtemq., & intentionẽ donatoris fuisse, clausulã illã de foresta redigẽda nõ ad superiorẽ & priorẽ donationem terrarum, sed ad inferiorẽ & vltimã donationem alterius terræ solũmodo esse iuxta sanum intellectũ, mẽtem, & intentionem donãtis referẽdam, quia (inquit) in cõtractibus plena, in testamẽtis plenior: in beneficiis plenissima interpretatio est adhibẽda, & ibi Abbas, & alij DD. Ita in nostro casu, cũ rex prędictus gratiose dictũ ius luendi donauerit præfatis donatariis, & cuilibet eorũ, & in eos dictũ ius trãstulerit. Alia verba in dicta carta contenta, scilicet, liberam', absoluimus, & quitamus, & absq. aliquo nexu, & obligatione nõ extinctionem omnimodam dicti iuris luendi, dictorũ donatariorum, & successorum illorũ, sed tãtum respectu prefati Regis & successorũ illi' sunt intelligẽda iuxta sanũ intellectũ, mentẽ, & intẽtionẽ præfati Regis donatoris, & interpretatio dictorũ verborũ, plena & ple-

plenissima ad cõmodũ, & vtilitatẽ donatariorũ prædictorum est faciẽda: vt Sũmus Põtifex in d. capitulo decissum reliquit verbis ad nostrũ casum aptissimis, & testantur Deci. cõs. 468. n. 13. versi. & hoc cõfirmatur, & cõsi. 32. n. 3. vers. & cõcessio, & Decia. consil. 41. n. 113. vol. 1. Roland. consil. 93. num. 27. vol. 2.

Præsertim prædicta interpretatio
150 procedit nostro hoc casu, † quo non potest præiuditiũ alicuius tertij cõsiderati, sed solũ agitur de interpretanda dicta donatione principis, & verborũ illius, & de re, & iure suo proprio prædicto luẽdi, vt testatur & respõdit elegãter Aym. d. cõs. 135 n. 36. vers. maxime: & hoc casu multo magis procedit, quod est standũ suæ assertioni præfati Regis de dictis seruitiis & benemeritis, & quod intelligatur dicta sua cõcessio & donatio, vt ipse Rex voluit plenius & plenissime, vt melius dici, scribi, intelligi, & excogitari possit ad omnẽ bonũ, sanũ & sincerũ intellectũ dictorũ donatariorum, & successorũ illorũ: eo magis quod dicta donatio facta apparet propter grata & accepta seruitia per dictũ D. Ioannẽ Villalpãdo præfato Regi præstita: vt ipse Rex asseruit, cui assertioni creditur, vt superius diximus & proba-
151 uimus, quo casu est alia causa † maior, qua prædictũ beneficiũ, & præfata donatio ad fauorẽ dictorũ donatariorũ & successorũ illorũ propter dicta benemerita & seruitia magis amplissima debeat interpretatione coadiuuari, vt responderunt Alex. in l. 3. in principio versi. secundo limita. ff. quod quisq. iuris. Dec. d. cõs. 468. n. 13. vers. accedit, & nu. 14. Paris. cõsi. 8. n. 23. & seq. volu. 1. Iaso. & Claudi de Seisello in. l. hoc iure 4. de iusti. & iure Meno. li. 3. præsumptione. 35. n. 13. Tiraq. Rolãd. & Riminal. ibi allegati, & Loaz. quoq. latè idẽ respõdit in d. cõsil. super loco de Mula fundamẽto tertio. n. 17.

Duodecimo prædicta veritas, & subsistẽtia prędicti iuris luẽdi in personis dictorũ donatariorum, & nõ vllatenus quoad ipsos extincti, ex alia etiã cõfirmatur regula, quod si Rex prædictus † interrogatus esset, 152
hoc verisimiliter respondisset. Ex his quę supra latè in quolibet fundamento, & multo magis in omnibus simul iunctis dicta fuerunt, quo casu pro cauto, disposito, & declarato haberi censendũ est, ex glos. vulgata cõmuniter vbiq. approbata in l. tale pactũ. §. fi. ff. de pactis, quam Bal. & Iass. ibi latè prosequũtur dicẽtes procedere in legibus, statutis, rescriptis, cõuẽtionibus, & vltimis volũtatibus, & in omni materia, ibi n. 16. & Deci. cõs. 89. nu. 1. cõsi. 325. n. 4. Soc. Iun. cõsi. 117. nu. 6. volu. 1. cõsi. 91. n. 44. in fi. vol. 2. dicens cõmunẽ Aym. cõsi. 98. nu. 2. Menoch. cõsi. 204. n. 46. cũ quãplurimis ibi, & per Mãtic. de cõiect. libr. 3. tit. 19. nu. 3. & 4. & alibi passim per DD. adductis.

CVI & aliæ iungũtur † regulę ad 153
prædictorũ confirmationẽ, scilicet, quod omnia in dicta Regia concessione cõtenta fuerũt ad augmentũ,

& ad maioré fauorem, & vtilitaté dictorũ donatariorũ, (vt ex tenore illius patet) ergo nõ debẽt in odiũ, diminutioné, & damnum eorum retorqueri, nec induci: l. quod fauore de legibus. c. quod ob gratiá de regul. iur. l. legata inutiliter de adimé
154 lega. & ibi. DD. Et debẽt verba † dictæ cõcessionis intelligi, ac restringi secundũ menté disponentis, quæ colligitur ex causa, qua fuit motus ad disponendum: secundum Aym. cõsi. 3. n. 12. & restringuntur ad causam, propter quá verba prolata fuerũt: vt idẽ Aym. asserit cõsi. 236. n. 67. Et intelligũtur, & interpretãtur secundũ qualitaté personarũ, inter
155 † quas dicta verba prolata fuerunt: secundũ Soc. in l. quibus diebus. §. dñs. not. 2. de condit. & demõstrat. Aym. consi. 309. nu. 7. Et † eo respe-
156 ctu & fine, quo † prolata sunt: secundũ Dec. in c. si pro debilitate de officio delegati. Aym. cõsil. 9. n. 20. & cõsi. 34. n. 26. Et vt repugnãtia ver-
157 borũ † euitetur: secundũ Aym. cõsi. 214. n. 12. Iass. Dec. & alios ibi allegatos. & Aym. loquitur in donatione, & idẽ Aym. consi. 306. nu. 19. Et
158 talis est † facienda interpretatio, vt dicta Regis cõcessio prosit illis, quibus Rex prodesse voluit, nõ quibus prodesse noluit, nec de quibus non cogitauit: secundũ Paul. de Castro. cõsil. 52. super primo puncto vol. 1. & Aym. cõsi. 5. nu. 15. Et tandem de
159 bẽt † sic dicta verba intelligi, & interpretari, vt referantur singula singulis: gl. in l. si negotiũ. C. de nego. gestis. Rimin. consi. 31. n. 99. & consil. 371. n. 82. vol. 4. hoc videlicet modo: ad casum nostrũ respectu prædicti Regis cõcedentis, & successorũ illius, quibus, & ipsimet Regi silentiũ sempiternũ imponere voluit & imposuit, habeatur dictũ ius luẽdi in effectu pro extincto, quantũ vero ad dictos donatarios, quibus cessit & dedit dictũ ius luendi, & in illos, & successores eorũ trãstulit, nõ abolitũ, nec extinctũ, sed efficax, & permansurũ, & illis profuturũ esse voluit, de quo posset disponere, & illo ipsi, & eorũ successores vti. Et sic se defendere cõtra substitutos, & vocatos ex vinculis, & substitutionibus testamẽti Remiri, volẽtes dicta Castra & loca ab ipsis petere, & recuperare. Alioquin si extinctũ simpliciter diceretur, esset & cõtra mẽtem apertá prædicti Regis cõcedentis, & cõtra verba dictæ concessionis, & cõtra omnes dictas iuris regulas, quæ dictá absoná, & absurdissimam non admittunt, imo improbant & excludunt interpretationé.

DECIMO tertio vltra docto-
res desuper in omnibus † prædictis 160
fundamẽtis adductos in nostris terminis, & in hac propria specie anno 1497. in processu apprehẽsionis dictorũ castrorũ & locorũ ad instãtiá D. Ludouici, Roderici, & Francisci Sãchez Muñoz, signãter in 18. & 25. articulis replicæ dictorum appellitãtiũ antecessorũ, & maiorũ dicti D. Christophori hoc expresse confessi fuerũt, & prædicta quoque firmarũt expresse Martinus de la Raga, & Galcerandus Ferrer DD. &

eorum

eorum aduocati asserentes ibi in dictis articulis, dictam cartá gratiæ,& ius prædictum luendi per dictam donationem Regis Ioannis non extinctum, sed in esse existens pertinuisse, & pertinere ad Don Franciscum Villalpando,& Domnam Beatricem de Funes, coniuges ex donatione de dicto iure luẽdi facta per Don Ioannem Villalpando, & Domnam Contesinam de Funes, & sic potuisse illos de dicto iure luendi disponere,& aduocati ambarũ partium, & iudices quoque, qui in dicto processu in prima, & secunda instantia dictam causam iudicarunt, idem asseruerunt.

161 ET postea anno 1545. in alio apprehẽsionis processu dictorum castrorum, & locorum, ad instantiam Don Ludouici Sanchez Muñoz filij Don Ramiri, alias Roderici Sanchez Muñoz signanter in sua cedula replicę impugnatur venditio, quæ facta fuerat per Don Michaelem Muñoz tunc vocatum de Funes per viam luitionis, ex prohibitione expressa,& tacita legali ratione vinculorum testamenti Remiri,& ex defectu respiciente personam Don Michaelis, non vero quod dictum ius esset extinctum, imo dictum ius persistere, & permanere fatentur sui aduocati in dicto processu Alfonsus Muñoz de Pamplona, Ferdinandus Lopez, Michael Martinez, & Carolus Sanctæcrucis, & Hieronymus de Sãta se. Et in propositione, & cedula replicæ Don Garsiæ de Funes allegantur similiter inclusiones suæ propositionis, & defenditur dicta venditio facta per dictum Dõ Michaelem per viam dictæ luitionis, in vim dicti iuris luendi dicto don Ioanni Villalpando eius patri: hoc firmantes sui aduocati Ioannes de Nueros, Victorianus Tafalla, Iacobus Augustinus de Castillo,& Ioãnes Franciscus de Gurrea. Et Iudices quoque (omnes Doctores,) qui sententiam in dicto processu protulerunt, videlicet, tã Ludouicus Falcon, Michael Martinez,& Ioãnes Ybandus de Bardaxi, qui in fauorem præfati Don Garciæ votarunt, quam etiam Petrus Clauero, qui licet votauit in fauorem alterius partis Don Ludouici Muñoz. Tamen & ipse censuit, ius prædictum luendi non fuisse extinctum, sed alia ratione, scilicet, quod dicta luitio facta per dictum Don Ioannem Villalpando patrem dicti Dõ Garsiæ, & reuẽditio eidem per D. Michaelem Muñoz per viam dictæ luitionis non rectè facta esset, nec per dictum Don Michaelem concedi poterat, vt ex eorum motiuis euidenter apparet: vt supra in facto sub num. 19. 21. 22. & 23. continetur, in quibus Doctoribus aduocatis, & iudicibus grauissimis viris tota iuris ciuilis prudentia Aragonensium præsentis Regni tũc reposita esse videbatur. Atque ita dicere merito possumus hanc opinionem, quod per dictam Re-

giá concessionénon fuerit dictum ius luédi extinctú, quoad dictos donatarios, & eorú, successores, sed in esse subsistens, non solum communem, sed omnium esse doctorum opinionem absque contradictore, qui hactenus apparuerit. Quorum tot & tantorum doctorum authoritate, & opinione præsertim rationibus, & fundamentis de super adductis comprobata satis ac indubitanter articulú hunc ad fauorem Don Ioannis Garsiæ de Funes, & Villalpando explicitum, ac resolutum esse arbitror.

162 EX quibus † licet respósú pateat omnibus, quæ in contrariú adduci posse viderentur. Tamen illis in specie ad abúdantiá respondendo dico primú illud, quod in.17.artic. replicæ exaduerso pro parte dicti D. Christophori obiicitur, nec illa verba concessionis Regis Ioannis, quatenus fuit dictum liberamus, & absoluimus, & quitamus, & etiam illa alia absq. aliquo nexu, & obligatione dicti iuris luendi, nullatenus obstare. Quia respondetur obiectum, verbaq. prædicta illius procedere posse, debere quæ intelligi, quoad dictú Regem cócedentem, & eius successores, & illorum respectu tantum, qui de dicto iure luendi se spoliauit, & illud á se abdicando sempiternum silentium sibi, & suis successoribus imposuit: non autem quoad dictos donatarios, & eorum successores, quibus dictum ius concessum, & gratiosè donatum esse voluit, concessit, atque gratiosè donauit. Sicque extinctum dictum ius luendi noluit, sed potius permanens, & permásurum quoad illos esse voluit, ad disponédú de dicto iure, eoq. vtendum, vt verba clara, & aperta dictæ cócessionis Regiæ ex sui natura, & proprietate probant, & ostendút, quoad dictum Regem, † & eius successores facta restrictione ex pronomine illo primæ personæ nobis, & nostris successoribus competens, competentis, & competituri: bis, & ter loco nominis proprij posito, quo inducitur personalitas, & restrictio respectu personarum præfati Regis, & successorum illius, & quatenus, dictum ius luendi, posset illis tantum competere iuxta. tex. in l. si ita legatum. ff. de auro, & argéto leg. 1. l. cum suæ, & duab. ll. seq. de lega. 3. Ias. in l. grege legato nu. 3. de lega. 1. 163

Quoad dictos vero donatarios, † & successores illorum non extinctionem, sed permanentiam dicti iuris donationem, & translationé in illos esse voluit, aliisque verbis dictæ concessionis expresse ostendit, & declarauit idem Rex ad disponendum de dicto iure (vt dictum est) & eo vtendum, vt verba illa dictæ cócessionis, cócedimus, trásferimus, atq. gratiose donamus ex sui natura probát. Et quippè propter benemerita, & seruitia dicti Don Ioannis de Villalpando eius consiliarij, & Maiordomi, & dú fit etiam métio successorú dictorum donatariorum, & deniq. declarando 164

declarando dictam concessionem verbaq. omnia illius suáq. mētem, & voluntatē adiiciēdo alia verba, vt melius posset scribi, dici, intelligi, & excogitari ad bonum sanū, & sincerum intellectum dictorū donatariorum, & successorū illorum, quæ omnia tollunt omnē difficultatem ita vt nullus locus dubitationi relictus esse censeatur, vt ex omnibus fundamentis desuper adductis vsq. ad decimum tertiū, & vltimum latè probatum fuit.

NON obstat aliud, si dicatur, quod ex quo dictum ius luendi ex dicta concessione Regis Ioānis peruenit ad dictos Don Ioannem Villalpando, & Domnam Contesinā de Funes hæredem dicti Remiri eius fratris dominos, (qui erāt,) & possessores dictorum castrorum, & locorum iure confusionis censetur totaliter dictum ius luendi abolitum, & extinctum cū actio, &
165 † passio non possint in eodem subiecto, & eisdem personis existere, & non poterant ipsi à semetipsis ex dicto iure luendi dicta castra, & loca quæ possidebant, & quorum dominium habebant, luere nec auocare, nec contra seipsos agere: l. debitori. C. de pactis. l. vxor. patrui. C. de bonis autho. iudi. possiden. & Bald. ibi, & in dicta l. debitori vbi etiam Paulus post Bart. Alexand. Iason Decius, & Curt. Iunior cum aliis.

166 QVIA dicto obiecto † respondetur primo illud non procedere, nec posse considerari respectu dicti Don Ioannis de Villalpando, cui principaliter, & insolidum fuerat dictum ius luendi donatum, & in illum translatum, qui non fuit, nec erat hæres, nec successor dicti Remiri, nec dominus dictorum locorum, & castrorum, licet dicta domna Contesina fuisset hæres, & domina illorum, & sic quoad ipsum Dō Ioannem cessante causa, & fundamento dictę prętensæ confusionis, illi locus non erit; nec extinctio ex dicta prætensa confusione considerari potest, cum ipsi Don Ioanni totaliter, & insolidum dictum ius luendi, vt desuper in septimo fundamento sub num. 113. & seq. diximus & probauimus, adquisitum extiterit, & est hæc realis, & effectualis solutio.

SECVNDO respōdetur † ex 167
alio, † omisso quod hoc ius est reale iuxta textum in l. si cum venderet. ff. de pignora. actione iuncta. l. voluntate. §. fin. ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur, & tenuerunt Paulus de castro in d. l. si cum venderet, & Decius consilio 614. numero 6. Rube. Alexandrinus consilio 58. Cassaneus consilio 33. Rogerius à Mota in l. traditionibus in 54. capit. de pactis dicens communem, & Tiraquellus. de retractu titulo 2. §. 1. glos. 7. numero 4. & 7. & §. 3. in principio Boeri. decisio. 351. Neuizanus consilio 88. numero 8. Alicia. consilio. 125. in fin. & Couarru. lib. 3.

libro 3. resolutio cap. 8. numero 3. & Menochi. consilio 63. nume. 14. Et præsertim nostro hoc casu, in quo ius prædictum luendi non fuit per dictum emptorem concessum, sed per eundem Regem dominum adhuc dictorum, castrorum, & locorum venditorem in eadem venditione, & anteaquam dicto emptori ius aliquod esset in dictis castris, & locis quæsitum eidem Regi venditori, & suis successoribus reseruatum. In quo iure reali non procedit dicta regula extinctionis iuris ex capite confusionis, sed solum in iuribus personalibus secundum Doctores in obiecto relatos, & alibi.


SED hoc (inquam) omisso re-
168 spondetur, † & efficaciter dictam confusionem considerari effectualiter, & durare solum, & eatenus, & dum hæreditas in effectu stat penes illum, qui dictam adiuit hæreditatem: & sic hoc nostro casu quatenus, & dum stetit seu dicta bona steterunt penes dictam Domnam Contesinam. Tamen ex quo ipsa mortua sine filiis masculis dicta castra, & loca erant ad substitutos, & vocatos in vinculis testamenti dicti Remiri peruentura: actio, quæ semel quoad ipsam Contesinam videbatur iuris
169 rigore extincta, ex æquitate † tamē, (quæ semper attenditur, & rigori præfertur: l. quod Ephes. ff. de eo quod certo loco l. placuit C. de iudi. & ibi Doctores,) reuiuisce-
170 ret. † Ita quod si dicta loca, & castra ad dictos substitutos peruenissent, possent non solum dictus Dō Ioannes Villalpando, (de quo non est dubium, cum vt supra in proxima precedente solutione diximus insolidum, & principaliter dictum ius illi, & suis successoribus competebat,) sed etiā successores dictæ Domnæ Contesinæ de Funes possent dicto iure vti, & loca, & castra prædicta recuperare, & illa posidentes contra illos se defendere: ex textu notando in l. 2. §. fin. ff. de hæredita. vel actione vendita. l. in imponenda l. irritum: ad legem falcidi. C. & faciūt l. eum qui. §. fin. ff. de inoffi. test. l. hæredem. ff. de his quibus vt indignis. l. propter vineā. §. nepotis. ff. ad syllanianum, & ita expressè sic in specie responderūt Barto. in d. l. si debitori, & ibi Decius nu. 8. & Curt. Iunior nu. 3. qui notabiliter loquūtur. C. de pactis.

TERTIO † respōdetur effi- 171
caciter etiam, & generaliter respectu iurium, & actionum tam realium, quam personalium in terminis iuris communis cessare dictam confusionem cōfecto inuentario, quo casu integra iura omnia integręq. actiones omnes cōtra hæreditatē hęredi adeunti remanerēt: per per textum formalem, & expressum in l. fin. §. in cōputatione. C. de iure deliberan. vbi Bald. Salicetus, Alex. & Iason, latè idem Alex. Iasson, & Curtius Iunior in d. l. debitori. Et cum in Aragonia sit notorium, & publicum omnes hæredes habere beneficium inuentarij, &

non

non teneri vltra vires hereditarias, etiam eo non confecto, ac si confectum esset: vt Molineus noster in suo repor torio, in verbo. hæres. testatur. Sequitur cessare quoquè in Aragonia dictam confusionem dictorum iurium, & actionum: vt de iure inuentario confecto cessabat. Atq. ita hoc secūdum caput, & dubium arbitror esse plenè resolutum: videlicet, dictum ius luendi, tam ex mente, quam ex verbis concessionis præfati Regis Ioannis nō fuisse, quoad dictos donatarios, & successores illorum extinctum, sed in esse & permansisse ad comodū, & vtilitatē omnimodam, & liberam illorum dispositionem. Nihilo in contrarium adducto existente, quod alicuius sit consideration is & efficatiæ, vt late ostensum supra, & probatum extitit.

K TER-



TERTIVM CAPVT ET dubium.



VNC superest, vt ad tertij & vltimi capitis, & dubij resolutionem accedamus. In quo arbitror alteram ex duabus luitionibus in dubio contentis rectè, ac iure optimo factam, efficacemquè esse, & consequenter substitutiones, ac vocationes substitutorum, quę postea subsequendę erant, & sic dicti Don Christophori penitus cessasse. Ad cuius veritatis demonstrationem sunt in facto, & iure breuiter supponenda sequentia.

PRIMVM præsupponitur Serenissimum Regem Alfonsum
172 dominum dictorum Castrorum, & Locorum in venditione, quam de illis fecerat Ioanni de Funes suo Vicecácellario, reseruasse sibi, & suis successoribus ius & facultatem illa luendi, & redimendi pretio decem & septem milium florennorũ. Cuius emptoris hæres & successor extitit Remirus de Funes eius filius, quod pretium fuit postea per eundem Regem auctum in quinque mille & centum florennis, ita quod pretium prædictum ad luendum, & redimendum dicta Castra, & Loca esset viginti duorum millium & centum florennorum auri de Aragonia, qui Remirus deinde non habens filios masculos, (sicquè dictis Locis, & Castris libere illius dispositioni respectu vinculorum testamenti eius patres existentibus, cum onere tamen dicti iuris luendi) suo testamento reliquit hæredem vniuersalem domná Contesiná de Funes eius sororem vxorem don Ioannis de Villalpando, licet sub vinculis, & substitutionibus ibi contentis, & supra sub numero primo. cum sequentibus, vsquè ad numerum 15. recitatis; quas substitutiones supra circa secundũ dubium cessasse ostendimus.

SECVNDO præsupponitur etiam, Serenissimum Regem Ioannem dicti Regis Alfonsi fratrem, 173
successisse in dicto iure luendi, & facultate, dicta loca, & castra redimendi pretio iam dicto dictorum 22100. florenorum: dictum què ius luendi postea per dictum Regẽ Ioannẽ donatum fuisse præfatis Don Ioanni de Villalpando, & domnæ Contesinæ coniugibus, & in illos efficaciter tráslatum, & sic ad eorum liberam, & successorum illorum dispositionem, atq. ita non extinctum, sed vere efficax, & in esse subsistens. Illosq. deinde nõ habentes filios masculos de bonis suis, & sic de dicto iure luẽdi in dõ ná Beatricem Muñoz, & Dõ Franciscũ Villalpádo, & illos postea in dõ Ioáné eorũ filiũ disposuisse, cui postea dicta castra & loca possidẽti motu liter. super illis in processu apprehensionis ad instátiam Remiri, Francisci, & Ludouici Sáchez Muñoz

ñoz virtute vinculorum & substitu tionũ testaméti Remiri eorũ auunculi per mortem dictę dõnæ Contesinæ hæredis, & dõnæ Catherinę & domnæ Violãtis de Funes sine filiis masculis fuisse in vltima instã tia & gradu appellationis dicti processus apprehensionis pronũtiatũ in fauoré dicti Dõ Ioãnnis Villalpãdo dicta castra, & loca continue vsq. ad tempus eius mortis possidẽ tis. Vt patet supra in facto sub nu. 15. vsq. ad num. 20.

TERTIO quoq. præsupponi-
174 tur, quod possidente (vt dictum est) dicto don Ioanne Villalpãdo dicta castra, & loca, & mortuo dicto Remiro Sãchez Muñoz filio dictę dõnæ Elisabethis de Funes primo substituto & vocato & mortuo dicto dõ Francisco Sanchez Muñoz filio dictæ dõnę Elisabethis de Funes secũdo substituto vocato relicto filio suo masculo Dõ Michaele Sãchez Muñoz alias Funes, qui erat ad dicta castra, & loca vocatus per mortem dicti eius patris ex dictis vinculis, & substitutionibus dicti testamẽti Remiri, & cũ dictũ ius luendi ex legitimis titulis ad dictũ Dõ Ioannem Villalpando pertineret ex successione dictorum eius parentum. Qui illud habuerunt a dictis domna Contesina, & don Ioãne Villalpãdo: qnibus Rex don Ioãnis concesserat, & dederat. Volens præfatus dõ Ioanne Villalpando vti, & vtẽdo dicto iure sibi (vt dictũ est) pertinenti in instrumento publico per viam luitionis, & quitaméti. 7. Octobris anni 1517. oblato, & soluto per eum pretio dictorum 22100. florennorum præfato dõ Michaeli de Funes antea Muñoz, & per eum recepto. Fuit per dictũ dõ Michaelem concessa reuẽditio dictorũ castrorũ, & locorũ dicto don Ioanni Villalpãdo illa rediméti, qui semper in possessione illorũ extitit vsq. ad tempus eius mortis. Cui postea successit dõ Garsia de Funes & Villalpando eius filius & possessor illorũ vsq. ad tẽpus eius mortis semper existens vt supra in facto sub n. 20. continentur.

QVARTO prę supponitur etiã
quod mortuo dicto don Michaele 175
de Funes antea Muñoz, qui dictam cõcesserat reuẽditionẽ dictorũ castrorum & locorũ præfato dõ Ioãni Villalpando, & possidente dicto dõ Garsia de Funes & Villalpando eius filio, & mortuis iam dõ Ioanne, & dõ Ludouico Muñoz patruis dicti dõ Michaelis, & quoq. mortuo dõ Remiro alias Roderico filio primogenito dicti dõ Ludouici relicto filio dõ Ludouico Muñoz huius nominis vltimo, fuerũt iterum ad illius don Ludouici vltimi instãtiam dicta castra, & loca apprehensa anno 1545. in quo apprehẽsionis processu fuit in fauoré dicti dõ Garsiæ de Funes & Villalpando prolata sententia, & illius propositio recepta in dictis castris, & locis, data pro valida, & existẽte efficaci dicta reuenditione per viam dictę luitionis virtute dicti iuris luendi per dictum don Michaelem facta in fauorem dicti don Ioãnis Villalpãdo patris dicti dõ Garsię: à qua senten-

 tia

tia extitit appellatũm, & appellatione prædicta pendente mortui fuerunt dicti litigantes succedẽdo illis, videlicet, dicto dõ Garsię, don Michael de Funes & Villalpando eius filius primogenitus, & per mortem illius sine filiis eius frater dõ Antonius filius secundo genitus dicti dõ Garsię successor & possessor existẽs dictorũ castrorũ, & locorũ, & dicti iuris luendi, casu quo dicta prima luitio effectũ non haberet, & dicto don Ludouico successit dõ Rodericus eius filius tũc ex dictis vinculis & substitutionibus testamẽti Remiri vocatus per mortẽ aliorũ substitutorũ illius prędecessorũ. Qui dõ Antonius de Funes & Villalpando postea ad maiorẽ superabundãtẽq. cautellã vtẽdo dicto iure luẽdi per viam luitionis instrumẽto publico mediãte anno 1563. luiuit atq. redemit dicta castra & loca a dicto don Roderico de Funes antea Muñoz, substituto & vocato in dicto testamento Remiri, soluto illi pretio dicti iuris luendi dictorũ 22100. florẽnorũ. Quod cõfessus fuit dictus dõ Rodericus ex dicta causa recepisse. Et sic dictus dõ Antonius effectus fuit dominus libere, & possessor plene, & absolute dictorũ castrorũ & locorũ. Et ita possedit, possessionemq. cõtinuauit vsq. ad tẽpus eius mortis continue. Cui postea successit præfatus don Ioãnes Garsia de Funes & Villalpando eius filius, & possedit, & possessionẽ continuauit vsq. ad tẽpus huius vltimę apprehẽsionis ad instãtiã dõ Christophori Muñoz prouisæ, & post (citra illius violationem) vsq. ad pręsens continue, vt supra in facto nu. 21. & seq. vsq. ad nu. 30. continetur.

PRAESVPPOSITO tandem dictum ius luendi ex dicta donatione Regis Ioannis nõ fuisse extinctũ, sed rectius permanẽs, & (vt penes Regẽ erat) donatũ & translatum in prętatum dõ Ioannem Villalpando, & dõnam Contesinã de Funes cõiuges, & eorum successores, vt supra in proximo superiori dubio circa illius resolutionẽ late ostensum & probatum fuit.

QVIBVS pręsuppositis, esto dictę substitutiones, & vocationes dicti don Ludouici Muñoz, & eius descendẽtium non expirassent per superuiuẽtiam, & existẽtiã dicti dõ Michaelis de Funes antea Muñoz, filij don Francisci Sãchez Muñoz, (licet supra in primo dubio eas expirasse ostendimus) ex alio tamen omnes illę substitutiones cessarũt, videlicet primo ex reuẽditione in strumento publico mediãte per dictum don Michaelẽ de Funes alias Muñoz facta dicto don Ioanni Villalpando & Funes, per viam luitionis, & quitamenti dictorũ castrorũ, & locorũ virtute dicti iuris luendi per dictũ Regem Alfonsum sibi, & suis successoribus reseruati, in quo iure dictus dõ Ioannes tunc successerat: & ex substitutionibus, & vinculis testamenti dicti Remiri dicta castra & loca ad dictũ don Michaelem tempore dictæ luitionis pertinebant, Remiro, & Francisco eius patruo & patre substitutis ante eum vocatis tunc predefunctis. Sicq. dicta

176 cta luitio,† & redéptio,& reuéditio iure optimo per dictas partes legitimas facta apparet. iuxta tex. in l.2. C.de pactis inter emp. & vendi. & ibi Cagnolus notabili.3. post Angelum,& paulũ de Castro,tex. in l.si a te eodé rit,tex.cũ glo.in c.ad audiẽtiá. de empt. & vendi. Signorolus. cõſ.139.Guido Papę deciſ.516.Iaſ. cõſi.153.col.5.verſic.6.vol. 4.cum aliis per Tiraq.adductis de retract. conuentionali in prędatione.num. 2.& 3.

177 ET ex dictá reuéditione† & luitione ius & dominium dictorũ castrorũ & locorũ reſolutũ fuiſſe, & in dictũ don Ioáné translatũ notũ eſt:ex l.si cũ véderet & aliis auctoritatibus deſuper in ptoximo precẽte dubio circa finé verſi.ſecũdo reſ178 pódetur ſub n.167.allegatis.Quia† si dicta castra & loca extitiſſent tũc tempore dictę reuenditionis penes dictũ dõ Michaelé,& ipſa ille reuédidiſſet, & poſſeſſionem per viam dictę luitionis dicto D.Ioáni tradidiſſet, abſq. dubio eſſet totaliter reſolutũ & trãslatũ dominiũ dictorũ castrorũ; & locorũ in dictũ dõ Ioánem:iuxta tex.in l.lex vectigali, & l.grege verſi.1.ff.de pigno.& d.l.2. C.de pactis inter empto. & vendito.iuncta l.traditionibus. C.de pactis.l.1. iuncta l.2.§.vacua poſſeſſio,& l. ſequen. & tex. notandus in l.ex empto.ff.de actio.empt.l.nunquá nuda.ff.de acquire.rerũ dominio, & in dictis textibus DD. cum aliis latè per Molineum conſuetu. Pariſien.tit.1.§.22,nu.45.& Tiraq. de retract. conuentional.§.3. gloſa. vnica.nu.10.adductis.

PARI MODO & ratione hoc noſtro caſu,in quo dicta castra, & loca † iam erant, & exiſtebát penes dictum don Ioannem de Fu- 179
nes & Villalpando,& nõ erat dicto caſu opus alia alium traditione, ſed fuerunt dicta loca & castra habita pro traditis ex dicto titulo habili reuenditionis, per dictum don Michaelem de Funes(ad quem pertinebant ex dicta ſua ſubſtitutione teſtaméti Remiri)factæ ex cauſa neceſſaria dicti iuris luendi,fuit dominium eorundem castrorum,& locorum reſolutum,& translatum in dictum don Ioannem Villalpádo redimentem & luentem pro dicto pretio dictorum 22100. florennorum per eum dicto don Michaeli ſoluto,iuxta textum notabilem in l.qua ratione.§.interdum.ff. de acqui.rerum domi.& §.interdũ inſti. de rerum diuiſio. l. eius, & l. ſequentib.ff.de rei vendi.& in dictis textibus gloſ. & Doctores,Soci.cõſil.170.volumin.1.& conferunt ea, quæ ſupra in quinto fundamento, verſic. quæ omnia corroborantur ſub.nu.107.ex Ripa adduximus, & ita pulchre & eleganter ex facto in terminis reſpódit Deci.cõſ.614.n. 6.& in Aragonia multo fortius cũ ſolo inſtruméto dominium tranſferatur.

EODEM †modo,& multo magis hoc noſtro caſu poſſeſsio dicto- 180
rũ castrorũ, & locorũ dicto D.Ioanni pro-

ni profuit,cũ nõ erat opus aliqua illius resolutione,cũ sẽper dicta possessio actualis pœnes illũ,& suos extiterit prædecessores:iuxta tex.in §. comodũ,& §.quorũ.insti.de interdi;& nũquã dictus D.Michael, nec alij sui prædecessores substituti illã habuerũt.Hoc dico,vt videatur nõ esse opus de aliqua resolutione possessionis tractare.

181 ET minus † præscriptio aliqua dicti iuris luendi est cõsiderãda, nec attendi potest.Tũ quod in Aragonia,ẽst dictum ius imprẽscriptibile. Tũ quia dictus D.Michael de Funes alias Muñoz,ad quẽ virtute dictorũ vinculorũ, & substitutionũ dicti testaměti Remiri,vocatio & successio dictorũ castrorũ,& locorũ pertinebat,verbis,& factis instrumento publico mediãte illa reuẽdẽdo virtute dicti iuris luẽdo approbauit,& confessus fuit,nõ fuisse,nec esse dictum ius præscriptum.

182 TVM etiã,†quod cum prẽfatus D.Ioãnes,& omnes successores dictæ D.Cõtesinæ,& D.Ioãnis Villalpãdo cõiugũ posederint sẽper dicta castra,& loca,& in possessione illorũ per sentẽtias prẽdictas cõfirmata extiterint:licet quoad agẽdũ tẽpᵒ præscriptionis lapsum videretur, quod nõ est,quoad excipiẽdũ:tamẽ possidẽtibus prædictis perpetuũ esset:quia quæ ad agẽdũ sunt tẽporalia,ad excipiẽdũ sunt perpetua: l.3. ff.de exceptio.l.pure.§.fi.vbi Sazius ff.de doli excep.l.Paul.§.fi.ff.quib. mod.pignus vel hipothe. soluitur, &in terminis respõderũt Signorol. cõs.139.& Dec.in l.petẽs.n.7.vers. et supradicta procedũt.C.đ pactis, & supradicto cõs.614.n.6. Tiraqu. de retra.conuentional.§. 1. glo.2. n.29.& 30.

NON obstad aliut, quod pro parte D.Christophori Muñoz & Funes in 15.arti.suæ replicæ prætenditur,& obijcitur,quod dictus D. Michael nõ assũpserat nomẽ & arma de los Funes sine mixtura,vt per dictũ Remirũ in dicto suo testamẽto præcipiebatur: atq. ita ius nõ habebat,nec cõsequẽtẽr erat ad vocationẽ dictẽ Baroniæ admittẽdus ad dictã concedẽdam reuẽditionẽ dicta testantis dispositione omnimodo illi obstante.

QVIA respõderi potest dicto obiecto,primo diffitẽdo id,quod in dicto articulo, & obiecto dicitur, quinimo dictus Don Michael per mortẽ dicti D.Roderici eius patrui primi substituti sine filiis,& per mortẽ dicti D.Frãcisci eius patris secũdi substituti relicto dicto D.Michaele filio dicti Don Francisci, fuit sine dubio vocatus,& assũpsit nomẽ de los Funes & arma,& fuit effectus dñs & possessor dictorũ castrorũ,& locorũ:prout hoc expresse fuerunt cõfessi Ludouicus Muñoz,alias Funes patruus dicti Don Christophori aduersantis in processu apprehensionis, ad illius instantiam anno 1548.prouisẽ dictorũ locorũ in 14.articulo sui appellitus in quo expresse asseruit dictum Don Michaelẽ,tunc vocatũ de Funes fuisse dominũ dictorũ castrorũ, & locorum,quã veritatem firmarunt etiam suis propriis manibus Alfonsus

sus Muñoz de Pamplona,& Ferdinandus Lopez,& Michael Martinez sui aduocati,qui dictum firmarunt appellitum,& procurator, seu procuratores illius,qui eundem appellitum obtulerunt. Et quod esset tunc effectus dominus dictorũ castrorum,& Locorum. Idem quoq. asseruerunt dictus don Ludouicus,
183 & sui Aduocati,& Procuratores in sua propositione in 16. & 18. articulis illius. Ex †quorum cõfessione & assertione, & geminata videtur inducta probatio,licet nõ plena, tamen verosimilis,& prȩsumptiua inducta,& collecta ex qualitate negotij, personarum, rerũ,& longinquitate temporis elapsi plusquam 40. annorũ,& non ignorãdo,sed sciendo,cognoscendoq. dictum testamẽtũ,clausulas,& verba illius, & sic substitutiones, & onus prædictum assumẽdi dictũ nomẽ de los Funes & arma,quo casu nõ est credendũ, nec verosimile:quod prædicti don Ludouicus & sui Aduocati,qui modo mortui sunt,prædicta cõfiterentur,si vera nõ essẽt:nec est credẽdũ quod dictus D. Michael prædictã concessisset reuenditionẽ dicto don Ioãni,nec dictus D. Ioãnes tãtum pretiũ pro dicta luitione,& redẽptione dicto D.Michaeli dedisset, & cũ cõsilio suorũ aduocatorũ doctissimorũ,si nõ haberet tũc qualitates requisitas, & nõ assumpsisset dictũ nomẽ & arma de los Funes. Præsertim nõ existẽte causa aliqua,nec occasione,quare illa assũmere nõ deberet. Ex quib᷒ inducitur probatio saltim verosimilis,& prȩsumptiua, quȩ est huius virtutis,& effectus,et operatur;quod trãsfert onus probãdi cõtrariũ in aduersariũ D.Christoforũ:vt de testibus de auditu dicitur secũdũ Archidiaconum in c.ad hoc videtur 22.q. 5. quod dictum extollit Roma.singula.345.testimoniũ de auditu Feli.in c.tã literis versi.itẽ vltra extra de testi. Ias.in repeti.l.admonẽdi.n.54.de iu.iurã.Soc. cõs.295.col.2.circa mediũ versi.2. principaliter.Bal.cõs.219.col.2.volu.4.Curt.Seni.cõs.70.col.2.circa med.Cur.Iũ.notãter in l.1.n.57.ff. de reb.credi.Hipo.singu.371. Testis de auditu Dec.cõs.272.n.3.cõs.595 n.3.vers.& ita præsumptio.& Soci. Iun.cõs.69.n. .vol.1.Aym.de anti.tẽpo.par.1.sectione viso de fama. nu.7.Ex quibus patet hãc esse verã, & cõ.op.licet nõnulli cõtra tenuerint,quȩ in nostro casu multo magis cõcurrẽtibus prȩdictis procedunt. 184

ET† amplius hoc expresse cõfitetur dictus D.Christophorus,& procurator atq.aduocati illius in appellitu suo huiusmodi apprehensionis ad illius instãtiã prouisȩ in 16.artic. dicti appellitus,in quo dicũt expressè, q̃ por muerte de Remiro en fuerça de dichos vinclos, sucedio Miguel de Funes,y fue hecho verdadero señor,y sucessor de dichos bienes,y por tal se tratò,y reputò,y fue tenido,tratado,y reputado cõ los vinclos sobredichos. Et idẽ fuit in propositione repetitũ. Quȩ cõfessio nõ præsũptiua solũ,sed cõtra dictũ Dõ Christophorũ videtur maior, quã præsumptiua probatio.l. cõtra qui propriam C. de non munera pecu-

pecunia. DD. in c. 1. de confes. libr. 6. Decius in rub. de proba. nume. 8. cum seq. Iasso. in l. cum te C. de trã sact. saltim inducitur vehementior verisimilitudo, & præsumpto ad transferendum onus probandi contrarium in aduersarium.

PRÆTEREA, & secundo potest responderi quocúmq. modo accipiatur, quod dictus D. Michael in dictis Castris, & Locis successerit, siue vt hæres dicti eius patris D. Francisci, siue vt substitutus, & vocatus ex vinculis, & substitutionibus, & dispositione testamenti dicti Remiri. Priori namq. casu: si vt hæres dicti eius patris Francisci Sáchez, quando ille superuixisset Roderico primo substituto, & vocato mortuo sine filiis, quo casu nõ erat dictus don Michael ex dictis vinculis vocatus: sed tantum in conditione positus, & vt hæres præfatus dicti Francisci eius patris erat in dictis Castris, & Locis successurus, & non erat astrictus dicto casu nomé prædictum, neq. arma de los Funes asummere. Quia cum ex dictis vinculis, & dispositione dicti testamenti Remiri nó esset vocatus, nec successisset, non erat, nec poterat dici

185 † grauatus, sub dicto onere ex regula, quod non honoratus, non grauatur vbi DD. & alibi. l. ab eo C. de fideicom. vt patet ex versi. dicti testamenti Remiri supra num. 9. recitato. Vbi cótinetur vocatio dicti Fráncisci substituti dicto Remiro, casu quo illi superuixisset ex illis verbis, si viuo sera, ibi adiectis. Quo casu filij dicti Francisci vocati non erát, nec erat dictus Franciscus grauatus aliis substitutis sequentibus, cú filium masculum don Michaelem haberet, nec dicto filio suo don Michaeli: quia solummodo dicto casu erat in conditione positus, & sic vt hæres illius tantum admittendus, & consequenter non astrictus assummere dictum nomen, & arma.

NEQVE ex aliis verbis in alio versiculo, dicti testamenti Remiri supra in facto sub nu. 14. contentis, dum ibi generaliter dicitur. Que en la persona de qualquier, q̃ ala dita succesion peruendra, la ordinacion del dito mi padre è mia de nõbrarse del linage de Funes, & lleuar, & fazer las armas & señales de Funes, se aya & deua obseruar. Et el que ala dita succesió peruédra, & el nombre, sobrenombre, & armas, o señales de Funes no pẽdra, o mixtura en aquellos fara, quiero, ordeno & mando, q̃ de los ditos bienes, & heredad, & de la señoria de aquellos sea priuado, & de alli aldelant, asi como si muerto fuesse, sea adaquel de los otros quien la heredad & bienes mios sobreditos succeyer, deba, passen, & peruégã los ditos mis bienes, & heredad, segun la forma & orden susoditos, &c. Dico in quam primum casum, quo dictus don Michael vocatus non esset ex dicta dispositione dicti testamenti, sed in conditione

ne tantum positus patri suo, & vt hæres illius succederet, non erat astrictus ex verbis dicti testamenti vllo modo dictum nomen & arma assumere.

TVM quod in dubio verba debent referri, ad personas princi-
186 paliter † nominatas & vocatas, & nõ ad in cõditione positos, & nõ vocatos ex illa dispositione: iuxta textum in l. fin. §. titia. ff. de libera. lega. & ita per illum text. expressè firmarunt Ruin. consilio 136. numero 9. volumine 3. Alexand. consilio 53. numero 17. volumine 4. qui notabiliter loquitur, & Parisi. consilio 86. numero 39. & 49. volumine 2. & Cephalus consilio 16. numero 19. & consilio 17. num. 17. volumine 1.

TVM etiam, quod hoc videtur probatum ex verbis vtriusque capituli supra sub numero 9. & 14. contentis, ibi, que a la dita succession peruendra, & sic ad successionem, de qua antea fuerat loquutus, scilicet, ex substitutionibus, & dispositione dicti testamenti Remiri, non vero si alias ex alia causa & successione, de qua non fuit dictum, nec dispositum, sed ex alio iure, & alio modo dicta Castra & loca præter & extra dictam testamentariam dicti Remiri dispositionem ad personam ex illa non vocatam peruenissent: vt dicto casu ad dictum Don Michaelem filium, & hæredem Don Francisci eius patris, & non vt substitutum, & vocatum ex dicto testamento Remiri Est etenim illa dictio, a la dita suc-
cession, bis posita, & repetita rela- 187
tiua, demonstratiua, & restrictiua ad personas admissas, & vocatas tantum ex dicta dispositione dicti testamenti Remiri, de qua prædixerat: non vero posset intelligi, nec extendi ad filios dicti Francisci nõ vocatos, nec grauatos, (vt dictum est:) licet in conditione positos ex natura & proprietate illius dictionis, a la dita succesion, vt supra circa primum dubium ex Alexandro, Decio, & aliis quamplurimis authoritatibus, sub numero 45. ostendimus. Et poterat & potuit dictus Don Michael dicto casu quamuis dictum nomen non assumpsisset dictam reuenditionem concedere.

EODEM modo in alio casu, quo dictus Don Michael vocatus esset, vt substitutus ex dicta dispositione dicti testamenti Remiri, vel quia tempore mortis dicti Remiri primi substituti iam dictus Franciscus eius pater, erat præmortuus, vt ex verbis dicti capituli sub dicto numero 9. & 14. constat. ibi, & si viuo nõ sera, los fillos masclos de aquel, con los ditos cargos & condiciones, quoniam dictum onus assumendi nomen, & arma de los Funes, non videtur impositum conditionaliter sub con

ditione suspensiua, sed modaliter, & sub modo, quia verba vbi
188 posita non respiciunt † prius & ante executionem facti adimplementum, sed post executionem & successionem effectualem, & actualem possessionem dictorum Castrorum & locorum habitam; quo casu non inducitur ex dictis verbis conditio suspensiua, sed modus: ex textu in l. Meuia. ff. de manumissis testamento. l. demonstratio. §. fin. & l. quibus diebus. §. termilius. ff. de conditio. & demonstrationibus. & ibi Barto. numero 1. & Socinus numero 7. Parif. consilio 5. numero 12. volumine 4. Aymo. consilio numero 1. & sequent. & Menochi consilio 262. nume. 6. cum sequent.

QVOD autem hoc casu dictum onus assumendi nomen, & arma de Funes intelligatur iniunctum, & implendum post actum perfectum, & sic postquam dicta successio dictorum Castrorum & locorum pertinuerit, & cum effectu illa ad dictum Don Michaelem peruenerint, & dicta Castra & loca possederit, & non antea, comprobatur. Tum ex eo, quod in dicto versiculo sub numero 9. dicitur, quod dicto Don Remiro moriente sine filiis masculis dicta Castra, & loca sean, & vengan de & en Fráciſco Sáchez Muñoz, si viuo sera: & si viuo non sera, en fillos mascl-
189 clos de aquel: ponderando † illud verbum, sean, sint, quod est substantificum essentiam & substantiam significans: l. mercis appellatione, & ibi gloss. de verborum significatione, & testatur Barto. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adulte. Cui cum iungatur aliud verbum cum copula, & veniant, & cum propositione, en, in, acusatiuo etiam deseruiente, ibi in Franciscum, & in filios suos masculos. Multo maior perfectio inducitur: ita & taliter, quod perfecte in dictum Don Michaelem, & actualiter dicta Castra & loca peruenerint: vt ipse ad sumendum dictum nomen & arma astrictus videretur, quia testator in pluribus partibus dicti sui testamenti promiscue vsus fuit, tam verbo veniant, quàm verbo, perueniant: & signanter in dicto versiculo sub dicto numero 14. in quo bis dicto verbo fuit vsus,
quod † ex sui natura & proprietate perfectionem denotat. Ex textu in l. Vrbana. §. pernoctare. ff. de verborum significatione. vbi pernoctare is dicitur extra vrbem, qui in nulla parte noctis in vrbe est: per namq; totam noctem significat, & de dicto verbo peruenire, & de verbo habere, quod cum effectu intelligatur Vlpianus idem quoque asseruit in l. nomen filiarum, versiculo si. eodem titulo, & ita respondit Rolandus consilio 266. numero 11. volum. 2. Et multo magis cócurrente † dictione, & propositione, in iuncta & deseruiente accusatiuo, vt hic, in filios masculos, 190 191

quæ

quæ perfectionem quoque significat præsertim cum verbo prædicto, venire, aut peruenire, quod perfectionem denotat, & significat: testantur Barto. in l. si cui legetur in principio sub numero 1. ff. de legat. 1. & Iasson expresse de dictione, & propositione, in, cum acusatiuo. Idem tenet in l. qui Romæ in principio numero 34. ff. de verborum obligation. & cum verbo venire, & peruenire Alexander numero 2. & Iasson numero 10. 11. & 13. in dicta l. si cui legetur post alios Doctores ibi testantur de legat. 1. Et perfectum dici non
192 † potest, nec est: dum aliquid superest ad agendum, quia perfecto nil addi potest, sed imperfecto sic, ex textu in l. nihil. C. de vindicta liberta. & apud concilium manumissione, & ibi expressè Bald. in summario, & in consilio scismatis post rubric. si quis aliquem testa. prohibuerit columnn. fin. §. sed quia ante numer. 6. & Socin. in l. 3. §. si ex pluribus numero. 21. versiculo pro hoc. ff. de acquirend. possess. Bertachi. in suo Reperto, in verbo perfectum, & Gometius in §. fuerat, numero 28. institu. de actio. & Rolandus consilio 55. numero 8. volum. 4. cum autem nostro hoc casu dictus Michael vocatus ex dictis vinculis, & substitutionibus testamenti Remiri testatoris per mortem Remiri primi substituti sine filiis, cum nunquam possederit, nec posidere potuit dicta Castra & loca cum semper illa penes successores Domnæ Contesinæ extiterunt, (vt dictum extitit,) non venerunt, nec peruenerunt, nec dici potest peruenisse dicta Castra, & loca in dictum Don Michaelem perfectè deficiēte illa possesione illorum, quæ etiam ad hoc vt districtus esset dictum onus, & arma assumere, ex proprietate verborum prædictorum dicti testamento, & fundamento, & authoritatibus superius recitatis: & cum ex dictis vinculis & substitutionibus dictus Michael ad dicta loca & Castra vocatus esset, & dictum ius luendi ad dictum Don Ioannem Villalpando, vt successorem Domnæ Contesinæ peruenerat, potuit & voluit dictus Don Michael, & tenebatur virtute dicti iuris luendi per viam dictæ luitionis dictam reuenditionem dictorum Castrorum & locorum dicto Don Ioanni Villalpando concedere, & dictus Don Ioannes dictum pretium soluendo illa iure optimo à dicto Don Michaele luere atque redimere.

TERTIO prædicta comprobantur amplius, quod dictæ substitutioni & vocationi dicti Dō Michaelis non erat adiecta conditio suspensiua, nec dictum, si nomen & arma illorū de Funes assumeret, sed modus, qui attenditur postquā perfecte, (vt diximus) successisset in dictis Castris, & locis, & illa haberet & possideret,

 & non

& non antea, quoniam post illa verba, el que a la dita succession peruendra, & el nombre armas, o señales de Funes no prédra, que de los ditos bienes & heredad, & dela señoria de aqllos sea priuado, quæ verba sunt ponderanda, dum dixit, que a la dita sucesion peruendra, quod vt diximus in proximo funda mento, cum effectu & perfectè, ex quo dixit, que de los ditos bienes & heredad, & del señorio de aquellos sea priuado, præsupponit dicta priuatio, quod non modo dominium, sed etiam, quod dicta bona, & hære ditas, & possesio illorum essent actualiter, & existerent penes illum, quem volebat esse priuatum, vt cō iunctæ ille copulæ, &, quæ inter do minium, bona, & hæreditatem, & possessionem, vt diuersa, ponitur, & quæ inter se differunt: l. naturaliter. §. nihil commune de acquir. posses. Et dicédo, sea priuado de los ditos bienes & heredad, & del señorio de aquellos, est dicere, del dominio y de la possesion actual de los ditos
193 bienes, quia vt dictum est, † priuatio præsupponit habitum eorum, quæ tolluntur, & priuantur: iuxta. d. l. decem stipulatus, vbi Barto. & Iaso. de verbo. oblig. & alibi. Et sic cō stat, quod non fuit conditio suspen siua, sed modus, & non inducitur priuatio, ex eo quod non assumpsisset dictū nomen de Funes, nisi prius actualiter dicta loca, & Castra esset effectualiter consequutus, & illa posideret, & nostro casu, in quo dictum onus testator imposuit cum dicta priuatione eo fine, causa, & respectu dictorum Castrorum, & locorum, quando penes dictum vo catum existerent actualiter & cum effectu, nō vero si breuisimo tempore, aut momento, & multo magis si nūquam ad dictum vocatum peruenerint, vt penes dictum Don Michaelem nunquam exiterunt, nec fuit in culpa, quominus existerent. Quinimo ex causa anteriori,
efficaci, † & necessaria, atque obli- 194
gatoria per viam dictæ luitionis, & quitamenti luita, redemptaq; ab illo fuerunt, quo casu est credibile, ac verosimile testatorem prædictū dicto casu voluisse dictum onus assumendi dictum nomen cessare ex regula cessante causa: de qua late Tiraquel. de cessante causa. numero 189. ex Socino. 31. volumine 1. & in vltima voluntate in institutio ne numero 120. ex Grato consilio. 124. volumine 1. Et in legato etiā ex cōiecturis, & ex verosimili men te testatoris: iuxta l. nec adiecit. ff. pro Socio. l. 3. §. fin. cum l. sequent. & l. ex parte. ff. de adimen. legatis. l. si inimicitiæ. ff. de his quibus vt in dig. Tiraquel. etiam in dicto tracta. cessante causa. numero 126. & 127. & 249. in fin. versicul. nam & sic.

ET conferunt etiam ea, quæ sū
pra † sub num. 154. & 156. diximus 195
verba debere intelligi, & limitari secundum mentem testatoris colle ctam

ctam ex causa, & propter causam propter quā, & eo fine & respectu, quo prolata fuerunt, ex Decio, & Aymo. ibi allegatis, & quasi in terminis nostris de priuatione hæreditatis non admittēda propter modum non adimpletum, cuius defectus non consideratur ex verosimili mente testatoris: secundum eundem Aymo. consilio 59. numer. 6. qui allegat Aretinū in fortioribus terminis loquentem in conditione suspensiua in consilio 94. num. 4. versicu. pro his facit glossa singularis. Atque ita cum propter dicta Castra & loca fuit motus dictus testator ad dictum onus imponendum, & illa non habuerit, nec possederit dictus Michael dicto casu: est credibile, ac verosimile ipsum noluisse prædictum onus attēdendum, nec considerandum fore.

ADDITO quoque dicto casu, quo de priuatione bonorum, & hæreditatis agitur ob defectum modi nō adimpleti videbatur pri'
196 per subsequentum † substitutum, & vocatum dictus Don Michael necessario monendus, & requirendus, vt dictum onus, nomen, & arma de Funes assumeretur, & ita in mora constituendus erat, anteaquā dicta hæreditate, & bonorum prædictorum successione priuatus, & ab illa exclusus esset, quæ monitio, aut requisitio ab aliquo facta nunquam fuit, nec successio dictorum bonorum petita dicto Michaele viuente: merito eum excusandum fore dicto casu respondit Aymo. dicto consilio 59. numero 7. Corneum, vt ibi allegando. Atque ita dictus Michael potuit dictam concedere, vt concessit, reuenditionem. Ex dicta præsertim causa & obligatione anteriori, quæ fuerat dicto testatori iniuncta, vt hæredi dicti eius patris emptoris cum dicto onere iuris luendi per dictum Regem Alfonsum sibi & successoribus suis reseruati: in quo iure præfatus Don Ioannes luens, ac redimens successerat, quæ causa tam necessaria, † & prouenienς ex obli- 197
gatione dicti testatoris, videbatur etiam dictum Don Michaelem excusare, & à dicto onere & præcepto dicti testatoris, & prohibitione alienationis expressa: iuxta text. in l. peto. §. prædium. ff. de legatis secundo, & in l. filius familias. §. diui. in 2. & ibi Barto. Iasson, Ripa, & Loazes latè in vltimo notabili. numero 83. & sequ. de lega. I. & ibi & alibi DD.

QVARTO, vt in hac nostra specie authoritatibus minime careamus, dico prædictam veritatem comprobari ex sententia maxima cum partium discussione prolata in dicto processu apprehensionis Anno 1545. ad instantiam D. Ludouici Muñoz vltimi inchoato desuper in facto recitato: in quo processu extitit prolata sententia in fauorē Don Garsiæ de Funes & Villal-

& Villalpando filij & hæredis dicti Don Ioannis, qui dicta loca & Castra á dicto Don Michaele virtute dicti iuris luendi redemerat, atque
198 luerat, quæ licet vt sentētia † in rem iudicatam transacta hoc nostro casu considerari nō possit, cum inter alios prolata fuerit: iuxta l. sæpè, vbi DD. de re iudi. & titul. res inter alios acta. C. tamen nō potest diffiteri, quin dicta sententia pro authoritate, & quippe maxima haberi debeat, cum magna causæ cognitione, & aduocatorum allegationibus vtriusq. partis discussa pronuntiata extiterit: & voto trium iudicū & doctorum dicta luitio & redéptio pro valida & efficaci existēte facta cōfirmata & aprobata: vt fuerūt Ludouicus Falcon, Michael Martinez & Ioannes Ibandus de Bardaxi doctores, ac iudices, nō minimæ autoritatis. Et licet vnus ex † iudicibus 199
alterius fuerit opinionis, in consideratione non fuit, nec est illius opinio: iuxta text. in c. ne innitaris, vbi DD. de consti. & Decia. consil. 36. num. 2. vol. 1. Paris. consi. 73. nu. 36. vol. 3. sed prædictorum trium iudi-
200 cum sententia, † vt optima præferenda est, & iudicanda. Tum vt plurimorum numero pronuntiata, iuxta text. in c. si transitus. 79. distinctione. c. licet de electione. l. maioré. ff. de pactis. l. quod maior. ff. ad municipalem. c. indemnitatibus de electi. lib. 6. Decia. consil. 8. nu. 172. vol. 1. & consil. 64. num. 27. vol. 3.
201 Tum etiam, vt † rationibus efficacioribus fulcita, vt ex eorum motiuis apparet, & latius per me ex fundaméntis desuper adductis apparet comprobata, iuxta. l. 1. §. sed neque. C. de veteri iure enucleando. c. capellanus, vbi Abbas de feriis, & idé Abbas, & Deci. in d. c. 1. col. penult. de consti. & idem Deci. consil. 576. num. 11.

QVINTO si & vbi hęc prima luitio facta, (vt dictū est) per dictum Don Ioannē Villalpando defectuosa in aliquo, & non sufficiēs, aut dubiū aliquod circa illá superesse videretur, (licet validá illam, & efficacem superioribus ostendimus fundamentis:) ad tollendū tamé omne † dubiū, & ad superabun- 202
dantem cautellam, (quę nocere nō debet, nec solet, iuxta text. in l. si pupulli in prin. ff. de negotiis gestis, & in l. non solent, quæ abundát vitiare scripturas, & in l. quæ dubitationis causa cōtractibus inserūtur ius cōmune non ledunt. ff. de regu. iuris. l. testamentum, vbi latè Alexád. & Iass. C. de testamēt. & Decius dictis regulis. Paris. consil. 92. nu. 36. volumine. 1. & Roland. consilio. 61. numero 61. volumine. 2.) cum postea dictum ius luendi per mortem dicti Don Ioannis Villalpando ad dictum Dó Garsiam eius filium, & deinde per mortem illius ad Don Michaelem Villalpádo filiū suum primogenitum, & eo mortuo sine filiis in don Antoniū filium secūdo genitū dicti D. Garsiæ peruenisset,

& dicta

& dicta castra, & loca virtute dictorum vinculorum, & substitutionũ dicti testamenti Remiri per mortem dicti Ludouici de Funes alias Muñoz, ad cuius instantiam anno 1545. (vt dictum est supra,) apprehensa fuerunt, eo mortuo ad eius filium primogenitũ D. Rodericum de Funes abnepotem D. Elisabetis de Funes pertinerẽt, vt D. Christophorus hoc expresse in articulo dicti sui appellitus huiusmodi apprehensionis, & in sua propositione asserit, precedente legitima requisitione cum debitis inclusionibus pro parte dicti D. Antonij de Villalpando in quẽ, vt dictum est, dictum ius luendi peruenerat, & oblatione totius pretij dictorum 22100. florentinorum facta dicto Dõ Roderico de Funes substituto, & tunc ex dictis vinculi vocato ad dicta castra, & loca præfatus D. Rodericus virtute dicti iuris luẽdi cõcessit reuenditionem dictorum castrorum, & locorum præfato Don Antonio, recepto per eum dicto pretio, & sic dictus Don Antonius luiuit illa, atq. redemit à dicto don Roderico soluto illi dicto pretio instrumento publico dictæ reuenditionis, redemptionis, & luitionis mediante 6. Aprilis 1563. tam late, extense, & copiose concesso, vt conueniens fuit, & desiderari potuit, & posset, cõfitendo dictus Dõ Rodericus verbis, & factis per viam dictæ luitionis se addictam reuenditionem concedendam teneri, & alij etiã descendentes, qui post mortem dicti Don Roderici, pẽsiones censualium per dictum Don Rodericum formatorum receperunt, vsque ad tempus huiusmodi motę litis prædicta approbarunt. Quo casu est, expeditum per dictam reuenditionem virtute dicti iuris luendi factam fuisse totaliter resolutum, & trãslatum dominium dictorum castrorum, & locorum in dictum Don Antonium de Funes & Villalpando, penes quem cum iam illa erant, & existebant, & per illum actualiter possidebãtur, aliqua alia resolutione dominij, nec possessionis opꝰ nõ fuit, nec est necessaria dicto Don Ioanni Garsiæ eius filio, & in dictis castris, & locis succedenti, vt circa primam luitionem latè supradictũ & ostensum fuit.

ET prædictas has duas luitiones potuit hęc pars dicti Don Ioannis Garsiæ de Funes & Villalpando in dicta sua propositione rectè deducere simul, & cumulare. Tum quod cum tempore oblationis dicti appellitus, & prouisionis illius, & executionis huiusmodi apprehensionis, dictus don Ioannes Garsia, & antea per plures annos ipse, & sui predecessores semper dicta castra, & loca apprehensa possederint: & nõ dictus Don Christophorus. † Et sic in effectu dictus Don 203 Ioannes Garsia est reus, qui potuit & potest pluribus titulis diuersis, & etiam contrariis vti, & se defendere l. nemo. l. is qui. ff. de excep. l. ne-

mo ex hiis.ff.de regul.iuris. c. nullus pluribus de regu.iuris libr. 6. c. constitutus in primo de testib. c. post electionem de concessi.præbẽdæ.c.auditis.c.olim de pręscrip. & ita tenuerunt glos. in d. c. nemo de excep.Feli. in c. in nostra col.2. de rescrip.Iaso.in.§.si itaq. nu.16. insti.de actio.Dinus in dicta regula nullus,& Dec.regula nemo ex hiis & declarat in. c. postoralis de except.nume.13.& 14. cum aliis latè adductis per Couarruuiam libr.1. resolutio.c.2.numero 3.Tamen etiam quod & esset actor posset cõ-
204 ditionaliter,† & eo modo,quo in dicta propositione deducũtur, per dictũ actoré deduci: vt tenet expresse Paulus de Castro in l.cum qui nume.2.C.de inofficioso testa,qui notanter hoc in actore deducit, & glo.in l. & si quidem. C. de exceptionibus,& etiam testantur Dinus, & Decius in dictis regulis, & præsertim quando non agitur de dominio principaliter, sed de possessione,quæ ex diuersis titulis acquiri potest:l.3.§.ex pluribus vbi Alex. Iaso. & alij Doctores annotarunt. ff.de acquir.possess.

CIRCA aliud tandem obiectũ in 5.articulo replicę pro parte dicti Don Christophori aduersantis prętensum,in quo dicitur,Don Franciscum Villalpando donatarium, & filium Don Ioannis donantis fuisse spurium,& sic dictę successionis
205 incapacem. † Responderi potest primo verum nõ esse,(salua pace) id, quod in dicto obiecto dicitur, nec apparet in processu probatũ, quod erat per dictum Don Christophorum necessario probádum, quinimo potius ex veriori doctorum sententia naturalis filius,& nõ spurius præsumitur ex ratione, & concludenti. Ad euitandum maius delictum ex coitu damnato,& punibili: ex textu in l. merito. ff. pro Socio,& firmat Aymo. consi.138. numero 1.& 19.num.1.

SECVNDO respondetur, † 206
quod si & vbi probaretur dictus Don Franciscus spurius, nihil hoc casu referret, constat enim dictum Don Ioannem patré donationem dictorum bonorum, & iurium suorum non fecisse solum dicto Don Frácisco,sed etiá eius filio legimo ex matrimonio procreato , eidemque nepoti dicti donantis, & descédentibus masculis de maiori in maiorem, vt ex instrumento dictæ donationis , & testamento illius constat in processu productis , vt desuper in facto sub numeris 16. & 17. recitatis continetur. † Cui nepoti 207
etiam ex filio spurio deficiente legitima sobole non reperitur prohibita fieri per dictum auum donatio ex veriori,& communi doctorum sentétia iuxta text.in. l.fin. C. de naturalibus liberis,& ibi glo.in verbo aperimus versic.sed quid & Barto.ibidem, & in consilio 118. & in l.Gallus.§.quod si is,& ibi Alex. dicit esse magis cõmun.opinioné, & Iaso.ibidem num.18.& 19.& firmat

mat etiam Decius latè consi. 462. numer. 17. & 18. cum allegatis per eos.

TERTIO ex alio etiam radicitus tollitur obiectum prędictum, & illi efficaciter respondetur, quoniam constat Regem præfatū Ioannem dedisse dictum ius luendi, illudque transtulisse in dō Ioannem de Villalpando, & Domnam Contesinā de Funes coniuges, & quemlibet eorum, vt in dicto donationis instrumento apparet, & superius diximus. Atque illa non solum
207 copulatiuè, † & coniunctiuè dictis coniugibus fuit facta donatio, quo casu æqualibus portionibus vnicuique illorum pro dimidia parte dictum ius luendi donatum, & translatū censeretur, iuxta textum in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. l. 1. C. si plures vna sent. fuerint condemnati, & Aymo. loquendo in coniugibus consilio 61. num. 4. cum aliis. Et tunc versaremur in illa quæstione, an habens ius in parte dictæ cartæ gratiæ pacti de retrouendendo, & iuris luendi, offerendo totum pretium emptori, aut successori illius posset illum compellere totam rem sibi retrouendere.
208 † In qua licet fuerint opiniones, tamē verior, equior, & cōmunior est opinio, habenti dictam partem in dicta carta gratiæ, & iuris luendi, & totum pretium offerenti, esse præcise totius rei retrouenditionem faciendam: prout ita responderunt Bald. consi. 133. volum. 1. & consi. 74. in fin. volum. 2. Iason in l. stipulationes non diuiduntur nu. 21. versi. sed pulchrum dubium. ff. de verbo. obliga. Cassane. consuetu. Burgū. rub. 5. §. 1. ver. rētes vēdues. pagi. 814. versi. quartum fuit dubium Rube. Alexandri. consilio 90. & refert Tiraquel. de retra. conuen. §. 1. glos. 6. num. 37. & 38. & notabiliter Petrus de Moncada in additione ad Gozadinum in repetitione l. 2. C. de pactis inter empto. & vendito. sub litera F. nu. 136. & quando alter aliam habens partē non contradiceret clare procederet dicta opinio, & quando expresse consentiret, est omnium absque contradictore opinio, vt per dictū Moncada, & alios prædictos: vt nostro hoc casu contingit, quod præfati Don Ioānes, & Don Antonius luentes, & redimentes fuerūt successores amborum donatariorum Domnæ Contesinæ, & eius viri.

SED etiam dicitur amplius, quod nos sumus in casu clariori, & extra dictam disputationem: propterea quod præfati Don Ioannes, & Don Antonius Villalpando, qui dictas fecerunt luitiones, habuerunt, & habebant, vt successores dictæ Domnæ Contesinę, nō partem solum dictæ cartæ gratiæ, & iuris luendi, sed totam dictam cartam gratiæ totumq. dictum ius luendi, quod ab integro, & insolidum fuerat quoq. dictæ domnæ Contesinę donatum, & acquisitū per dictum Regem Ioannem propter dictionem

nem illam distributiuam, & vestrũ quemlibet, cuius natura est distribuere actum vnicuiq. insolidum: iuxta text. in l. si pluribus cum aliis supra in septimo fundamento super secundo dubio adductis. Atq. ita cum dicta domna Contesina in solidum, & ab integro totum dictum ius luendi habuerit, & ab illa quoque totum dictum ius in dictá Domnam Beatricem Muñoz fuerit tráslatũm, & peruenerit, & postea in Don Ioannem eius filium, & deinde in don Antonium, Villalpando, qui fecerunt dictas luitiones virtute dicti Iuris luendi ad ipsos, vt successores dictæ Domnæ Contesinæ integraliter peruenit, cessat omnimodo, & totaliter dictum obiectum, nec illud est vllo modo considerabile respectũ successorum prædictorum dictæ domnæ Contesinę de Funes, vt est plusquam notum, sicque arbitror iustitiam Don Garsiæ de Funes & Villalpando veritate, equitate, ac iuris rigore esse fundatam, propositionemque illius fore recipiendá, propositione dicti don Christophori aduersantis penitus reiecta, & repulsa ex prędictis, & aliis per doctissimos dominos iudices sua singulari prudétias ac doctrina, (vt solét) supplendis.

Ioannes Gaço Aduocatus.